



H
D
19
5

21-1-2





H
D
19
5

20.

EMMANUELIS
ALVAREZ PEGAS

I.C. LVSITANI,

IN SUPPLICATIONIS SENATU CAUSARUM PA-

tronii, & Mitra Archiepiscopalis, tam Bracharensis, quam Ulyssiponensis, Lamacensis, Procuratoris; ac etiam Sanctæ Bullæ Cruciatæ Promotoris; necnon Capellæ Regiæ, Ecclesiæ Regiarumq; Patronatus Regij Fiscalis,

TRACTATUS

D.E

EXCLVSIONE, INCLVSIONE,

Successione, & Erectione Maioratus,

In tres partes divisus.

PARS SECUNDA

NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT,

*Dee Iuliano d'Alvarez e Viana
Anno 1614.*



VLYSSIPONE:

Ex Typographia MICHAELIS DESLANDES.

Sumptibus ANTONIJ LEYTE PEREYRA.

M.DC.LXXXVII.

Cum facultate Superiorum, & Privilegio Regio.

EMMANUELIS
LAVAREXPEIAS
ICLUSATIONI

SCILLICET IN SEPARATA CAVITATE
non. Min. Archidioecesis, cum Brachiarium, datus. Ulyssipone.
Praecepitis, Procuratibus; ac ceteris summis Gallie Citt.
civite Promotoris; negotiorum Capituli Regis, Ecclie.
Universitatis Paedagogorum Regalium Litterarum.

TRACTATUS

DE

EXCLUSIONE, INCUSIONE
Successione, & Regioine Misioculus
Inclusus, Successione, & Regioine Misioculus

BARSEGOVIA

NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT.



YARAPONTE

TAPOGIBIS MICHAELIS DESVANDES
Postquam Antonij Tatyte PIREYRA

Carmelitanae Scholae Trium Scolae



Nobilissimo, ac Eruditissimo Doctori
JOANNI DE ROXAS DE AZEVEDO
CANCELLARIO MAXIMO PORTUGALLIAE
Regni Senatus, Palatijque Senatori, & Secretario nostri invictissimi Re-
gis, & dominus Infantionis; ad Romanam Curiam olim Legato, po-
stea ad Nimegæ dietam; & nunc Tribunalis Aulici Præsidenti,
& à Regis nostri Consilio, & Inconfidentiæ Iudici.



RRIPVI tandem optatam diu occasionem testificandi ti-
bi, quis fuerit semper meus erga te amor, quæ observan-
tia, quod studium: quæ omnia si forte hactenus latuerunt,
nunc certe quoquomodo se se in conspectum dabunt. Hunc
igitur Secundum Tomum de Maioratus Erectione, Succes-
sione, Inclusione, & Exclusione, quasi firmissimum atque
certissimum fidelissimi, & amantissimi mei erga te animi
argumentum redbo, do, dono, dico, & offero; ut quæ in illo scripsi, tu emendas
sicuti Magister, & Cancellarius Maximus, quia ut dixit Africanus Corripus
de tua dignitate loquendo:

Suum me Magistrorum, Procerum decus, Arbiter Orbis,
Principis auspicio leges, & jura gubernans.

Et ut cecinit de alio Cancellario Saresberiensis in Polycratico:

Hic est, qui Regni leges cancellat iniquas,

Juraque pro placito stantque, caduntque suo?

Neque verò mihi caligantes, cæcipientesque adeo sunt oculi, quin hujus ope-
ris imbecillitas, atque tenuitas ante ipsos observetur. Verum quid nam è te-
nuitate mea depromere possum, nisi tenue quid, rude, ac impolitum? An quod
tua dignum amplitudine nihil habeam; idcirco mea saltem paupertate digne-
munere testem egregiae voluntatis in te meæ nullum proferam? Quid nimis ru-
de, quid juv. impolitum, ac tenue à me profectum, ubi tuum esse cæperit, abso-
lutissimum, ornatissimum, amplissimum evadere necesse est. Sed quid plura?
Velim, nolim, iste tibi est dandus liber; si enim communi legum jure, & Re-
gio in illo inveniuntur multæ sententiae à te mira eruditione prolatæ, crediticio
jure tibi deferendus est, & omni jure reddendus. Tuum ergo est opus istud;
qualemcumque igitur hoc in opere conscribendo adhibui, eam tibi desudasse in-
dustriam, & scientiam cupio, & in spem venio, illustre tuum, excellens, præ-
stansque ingenium non sine animi jucunditate hic, tamquam in patentissimo

campo fore excusurum ; imo maiori cum voluptate , quia omnia sparsa in te singulariter recopilantur, ut de te dici possit :

Maxime, qui tanti mensuram nominis imples,

Et geminas animi nobilitate genus.

Et cum Claudiano :

Omni nobilio*r* lustro tibi gloria soli

Contingit, exactum nunquam memorata per ævum.

Pulchra est mens tua , indolis excelsa, & per vastum juris abyssum copiosa, peregrina, matura, præteritis , & futuris litterarum Professoribus erit Magistra. Tu enim legum intentos fines ad sanam intelligentiam producis; Tu Decretorum ambiguos sensus clarius exploras ; Tu pragmaticarum innumerabilis turbam conformiori tenore copulas ; Tu immensum supplicationis chaos exactiori trutina , & ordine ad praxim construis ; Tu sacrorum Canorum mandata firmis rationibus corroboras ; Tu Civilis Legis præcepta validis fundamentis firmas; Tu novas Leges novis rationibus dilucidas, & emendas, & rescripta subscribis ; & ut Claud.

Floreat, & claro cingatur Roma Senatu

Se jactare parem.

Et in tuis dignitatibus, & laboribus exercendis, nihil somno, nihil epulis, nihil otio tribuis; & ut cecinit Horat.lib.Epod.ad Canid.Od.17.

Nullum à labore te reclinat otium ,

Urget diem nox, & dies noctem, neque est

Levare tenta spiritu præcordia.

Et addens tempori, quod otio detrahis, attente Republicæ prospicis, negotijs, incumbis singulorum ex Regis nostri invictissimi mandato, unde meritò

De te mira canit rerum prænuntia fama,

Et celebrat nomen ubique tuum.

Te oppressorum Protectorem accerrimum firmissimumque venerantur omnes ; Te magistrum observant utroque jure periti ; Te ducem legum, & Senatus Palatij Presidentem observantia prosequuntur omnes ; & pro lege tua dictamina firmant ; & de te dicere possumus :

Justitia & pax æquo in Roxas fædere certant,

Sunt vires nostro in Principe utrique pares :

Justitia aggreditur quidquid miseratio tentat

Plurimum, & illa est pax, nec valet illa minus ;

Illa suum cuicumque hilatis dat lancibus æquis,

Probra sed insontis pauperis illa vetat.

Quid, quæso, est Roxas, populis ni clara lucerna?

Lucet enim reliquis, ardet & ipse simul ;

Lucet doctrina, divino exardet amore,

Ardet lux, ardor lucet, utrumque manet.

Hos ergo labores meos, qui nulla re magis; quam tui nominis autoritate
nisi in publicum prodeunt, hilari à te vultu accipi vehementer exopto; neque
tam, quid amplitudini tuae par sit, quam quid à me præstari possit, expendas.
Maluissem certè hæc, quæ tibi offero, meliora esse, ac digniora; sed hæc sunt,
quæ à tenuitate mea in præsens existere potuerunt, & summa tui nominis mag-
nitudo mihi omnino persuadet futurum, ut muneric exiguitas tanti Magistri,
tam benignè illud accipientis virtute maximè crescat; rude etenim licet opus
sit, imbecillum, ignobile, tenue, impolitum, ubi tamen humaniter à te suscep-
tum, & in tuis numeratum fuerit rebus, tuo statim nomine insignitum, tuo
præfultum patrocinio, tuis illustratum splendoribus, tuo quasi lumine accen-
sum, tua cohonestatum nobilitate, tua locupletatum eruditione, tuis clarum, ac
nitens ornamenti, non mediocrem apud omnes, ad quos emanabit, dignitatem,
existimationem & gloriam consequetur. Non hos modò labores meos voluntatis
in te meæ sempiternum esse monumentum volo, sed me totum, quantulum cun-
que humillimum, & obsequientissimum amicum, & me totum tuis obsequijs
paratissimum discipulum dico, ac devoveo, & felicitatem, incolumitatemque
tuam desidero; & vale Cultor justitiae rectique dilectus, quem Deus ad mai-
ra felicem, incolumemque servet; & iterum vale, ut desiderat

Emmanuel Alvarez Pegas.

ELOQVIVM OFFICIOSVM

NOBILISSIMO VIRO

EMMANVELI ALVAREZ PEGAS,

Jurisconsulto doctissimo, Regni ornamento, Patriæ splendori,

Consultorum lucernæ, Minervæ exemplari, Jurisprudentiæ

primogenio, nostriq; ævi alteri Papiniano acutissimo.

D. ANTONIVS DE TAVARES E CARVALHO,

Confiliarius Regius in Tribunal Consientiæ, ac Ordinum

Militarium, ibique Senator Deputatus,

Dicat ex animo, povet ex corde, consecrat ex amore.

EN nova Pica, inaudita metamorphosi generosè in Aquilam translata, hoc sanè nomine (Jurisconsulte doctissime) æquiori jure te decet nuncupari, cum egregiæ, quæ in Aquila reluent dotes, in te mirabiliter splendescant, quin singulare illud linguae donum, qua Pica illustratur, tua ab Aquila exularet, imo ipsi quasi insitum, ac innatum jugiter adhærescat, ut non elinguem, sed loquacem, vel potius eloquentem Aquilam tuam, tamquam vocali tui nominis Avicula æquivocatam auscultaremus: sicque in te uno utriusque præstantis volucris decora prodigiosè coalescerent.

Plura, quibus Aquila pollet ornamentis, curiosi rerum naturalium indagatores perscrutantur; digniora tantum perstringam, cum singula recensere longum foret. Memoro igitur oculorum aciem adeo perspicuum, qua Aquila excellit, ut Solem ipsum non tam inspicere, quam laceſſere videatur, quin ad ejus radios allucinetur: sublimes itidem volatus, quibus aera tranat, & caput inter nubila condit: ipsius utique ingenium acre, & acutum, geniumque docile, benevolum, ac liberale: tandem alitem esse fortunatorum eventuum ominatricem: unde his ornata dotibus Reginæ Imperium cæteras inter volucres sibi meritò vendicavit.

Omnes has prærogativas (Professor noster egregie) expressas in te graphicè intuemur. Quis enim ingenium tuum acre, acutissimum, invidum, ac subtilissimum inficiabitur? Quis propensum, ac proclivem ani-

animum ad literas, & scientias capessendas non fatebitur? geniumque
adeo ingenuum, benignum, ac liberale, quo ingenij tui opera affluenter,
ac prodiga Minerva elargiris? Ita testantur multiplicia studiorum tuo-
rum monumenta à te summis vigilijs clucubrata: Quæstiones illæ Foren-
ses, quamplurima ad Regias Ordinationes Cōmentaria, Tractatus de
Ordinibus Militaribus, de Actionibus, de Competentia, le Lege Menta-
li, isteque aureus de Maioratibus Tomus Secundus, primo consimilis, aut
germanus, ultra infinitas propemodum juris Allegationes gravissimis in
causis, multumque arduis controversijs (te Patrono) tutelatis; quibus
omnibus sapientum vitorum Bibliothecæ oneratae, ac exornatae uberri-
mè intumescunt.

Nec mirum, quòd ingenij tui lucubrationes doctorum hominum
animos rapiant, & allicitant, nam alij & si peritos (ut fateor) tractatus
edant, perstrepenis tamen anseris calamis scribunt; tu verò (eximie ju-
ris Interpres) Aquilinis plumis olorinas voces æmulantibus Cōmentaria
tua non tam delineas, quàm illuminas: unde eo eminent pretiosiora,
quo magis Aquilæ superant columbas. Ita credo, ita est: quot enim vo-
lumina agis, tot auges numero Doctores: quot librorum fætus generas,
tot geminas Præceptores: quot scripta efformas, tot effloras Magistros
præstantissimos, quibus tyrones instituas, ignaros doceas, consultos eru-
dias, doctos excolas, magistratus subleves, & controversiarum nodi in
Areopagis facilius dissolvantur.

Traditur, tui nominis volucrem, res minimas, exiguaeque supellec-
tiles domi contentas, & non contemptas, quas rostro asportare valet, sa-
gaci quodam instinctu, ac malitia, oblituris, neglectisque in locis abscon-
dere, & occultare solitam esse, ibique tamquā in penu, ac horreo, sui tan-
tum in cōmodum avarè coacervare: longe tamen notulam hanc tua ab
Aquila abdicasti; imo quàm alienum hoc sit à tuo genio, agnoscent uni-
versi, cum potius artis, & mentis opes (ita appello Senatorum illa decre-
ta, responsa Prudentum, ac Tribunalium decisiones) quæ in notariorum
archivis erant reconditæ, cum, inquam, has mentis, & artis opes, tuo ex
Marte ampliatas, non solum in publicum evocaveris, verū eas etiam,
quæ in latebris, ac tenebris, in processibus scilicet antiquissimis jam ca-
riosis, & exesis latitabant, maxima cura, & contentione, indefessoque la-
bore quaesiisti, investigasti, detexisti, & scriptis tuis locupletasti, ut in lu-
cem promeres, hoc est ad aspectum, & præalentiam Sapientissimorum ho-
minum, qui verè sunt Reipublicæ soles, patefaceres, quin fervidos cen-
suratum radios, ut Aquila perspicacissima perhorresceres: & quæ Iuris
placita dispersa, spreta, & quasi pro derelictis habita erant, optimis à te in-
fertis additamentis, miro artificio, ac ingeniosa dexteritate congrega-
sti, collegisti, ac vinculasti in unum, ut ex hac unione, velut è concha-

unio-

uniones erumperent, Margaritæ turgescerent, ac gemmantæ doctrinæ
Maioratus bonarum artium sectatoribus institueres. Vnde cum Aquila
felices exorsus, felicioresque exitus prædivinet nobis, jam liceat (xvi
nostræ Aquila generosa) prosperitates non modicas, tuis ex his prænun-
tiatis scriptis, inaugurari; illis namque, velut benevolis auspicijs, erit in
jurgijs concordia, in Republica tranquillitas, in Causidicis modestia, in
Populo unanimitas, in Civibus urbanitas, in Legibus observatio, in Ma-
gistratibus justitia, totoque in Regno utilitates longè maximæ.

Nunc præclara, quibus irradias, ornamenta, summis erant laudibus ex-
tollenda; aureo râmen eloquentiæ oceano opus erat ad illa evulganda,
utque Tullius, & Demosthenes, me præ imbecillitate tacente, ad tua en-
comia celebranda, vitæ denuo suscitarentur; verum esto hi deficiant
Oratores, tua egregia facta tui erunt elogiographi politiores.

Vola igitur felix Aquila: vola, non solum tuis, sed alis famæ evecta,
ut sic altiores, & latiores volatus in longissimas, ac remotissimas Orbis
plagas dirigas, ac extendas, & quemadmodum Aquila facta senio, vetu-
stis nudata pennis, novo induitur plumarum apparatu, ut renovetur, ita
assuant superi, ut cum ad senectam perveneris ætatem, juvenilis ille vi-
ror, pariter, ut renoveris, in te pluries inolefacat, ne ullo unquam tem-
poris cursu clabaris, ne unquam langueas, ne unquam extabescas, ne
unquam pereas, imo ut unica Phœnix vivas, dures, sistes, ac perennes
immortalis.



PENDITVR AFFECTVS OBSEQVIVM;

Panditur Memoriae penetrale peritum ex tempore,

Ad tempora numquam peritum,

I N Q U O

Rimatui ex plausu constructum ad aeternitatem elogium,

& I N Q U O

Invidia exegit monumentum ære perennius, Regalique situ

Pyramidum altius.

Penditur, & panditur

In Exclusionis, & Inclusionis, Successionis, & Erectionis Majoratus Libro,

supercilio censorio Liber, quia Dominus directus, & utilis

alienæ jam suæ laudis est.

E N A U T O R

D.D. E M M A N V E L A L V A R E Z P E G A S,

Lusitanus Jurisconsultus, legitima Minervæ proles, non fulminantis, sed illuminan-

tis Aquila Jovis, suis pennis, & non alienis pœnis intellectuum ad altiora con-

volantium, non raptu, sed allectu gloriofa conductrix, Urbis, & Orbis

sine exemplo Doctor ad exemplum mirandus,

Grata vocat Ulyssipo,

Gentes una, & unica voce decantant.

Et suus ex officio, & voto

Doctus D. FERDINANDUS DEL AGUILA Y ROXAS;

J.C. Hispanus Granatensis, Cancellariae, & Regalium Consiliorum

Advocatus in hac naturali Methrita Panegyri, sic eloquens

ex corde haud emancipatum exhibit desiderium;

Utinam eloquenter.



Tu sagrado influxo de ti mismo,

Lusitano splendor, de cuya ardiente

Volante pluma, el rasgo reverente

Corrió, y alumbró el Cielo, y el abismo:

Quenta, ó tu, a tus desvelos el Guarismo,

Pues que el aplauso numeroso miente,

Si quenta, ya curioso, ya eloquente

Las Leyes que animaste al Gentilismo.

Este pues de Exclusion docto embeleso,

Pegas de florecientes successiones

Lo dice a la ignorancia, y la memoria;

Y con la ligereza, y con el peso

Plumas inspira, ajusta los blasones

En la accion, en el merito, en la gloria.

Maete animo, & virtute, Pegas doctissime, salve,
Nam te cur aliter, Bartule amice, vocem;
Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
In laudes possent digna sonare tuas.
Scripta tua en compleat difusa volumina mundi,
Hoc quoque suo libro fama vetusta crepat.
Laudari te quis enim poterit te dignior alter
Esse aut quid studijs maius in orbe tuis;
Quidquid enim Cælum Baldis dedit omnibus usque,
Hoc solum in terris donat habere tibi.





INDEX QUÆSTIONVM, QUÆ IN HOC Volumine continentur.

DE Inclusione, & exclusione successoris maioratus, quid sit inclusio, aut exclusio, & quando inclusio unius sit exclusio alterius, & quid sit successio, & de varijs exclusionibus. Cap. 8 pag 1. & seqq.

De consanguinitate requisitâ ad maioratus successionem, & quomodo probari debeat, & quibus requisitis, & ex quibus probationibus, conjecturis, instrumentis, & testibus de illa constare possit, ad hoc ut aliquis sit inclusus, vel exclusus ab illius successione: & quando, & quomodo probari debeat consanguinitatis gradus cum institutore, legitimoque de jure ultimo possessore, tam in vocatione, & inclusione pura, quam conditionali: & an attendatur qualitas proximitatis existentis tempore mortis ultimi possessoris, vel superveniens sufficiat ad inclusionem, vel exclusionem; ita ut si ex post facto nascatur, aut veniat aliis proximior jam existens tempore mortis possessoris, vel delatæ successionis, excludendus sit: & an possit maioratum avocare ab illo possessore de novo inclusio, vel non? Agitur etiam de præscriptione unius lineaæ contra alteram. Cap. 9. pag. 6. & seqq.

De qualitatibus requisitis ad maioratus inclusionem, exclusionem, vel etiam successionem: & de vocatione, linea, repræsentatione, gradu, sexu, & aetate, ex quibus declaranda venit successio in maioratu irregulari, vel regulari, ut detur inclusio, vel exclusio successoris. Cap. 10. pag. 224 & seqq.

De varijs exclusionibus, & diversis maioratum speciebus regularibus, & irregularibus, & successorum inclusione, & exclusione, & quando, & quomodo dicatur regularis, & in illo succedatur; & qua forma factus dicatur, & erectus, & quis sit præferendus in eorum successione? Cap. 11. pag. 464. & seqq.

De maioratu irregulari simplicis, & nudæ, aut puræ masculinitatis, & qui dicantur inclusi, vel exclusi in competitentia successionis maioratus. Cap. 12. pag. 468. & seqq.

De maioratu irregulari qualificatæ masculinitatis, & ad quos pertinere possit ejus successio; & qui dicantur inclusi, vel exclusi. Cap. 13. pag. 492. & seqq.

De maioratu irregulari agnationis artificiosæ, & limitatae ad certos gradus, & quis sit, & de ejus successione, & ad quos pertinere possit, & qui dicantur inclusi, vel exclusi ad illum obtinendum? Cap. 14. pag. 494. & seqq.

De maioratu irregulari agnationis veræ, & rigorosæ, & quis in dicto maioratu succedat, & includatur, vel excludatur. Cap. 15 pag. 531. & seqq.

De masculorum ex fæminis exclusione, vel inclusione, & quando succedere debeatur, vel non, aut censeantur exclusi, vel inclusi in maioratus successione? Cap. 16. pag. 551.

De fæminarum exclusione, & quando succedere debeant, vel non, aut censeantur inclusæ, vel exclusæ, à maioratus primogenijque successione. Cap. 17. pag. 556. & seqq.

De exclusione fæminarum facta ab institutore quando turpiter cum flagitiosa fæditate vivunt, aut in honeste existunt, & quando succedant, vel non in maioratu? Cap. 17. §. unic. pag. 583. & seqq.

De Monasteriorum, Monialium, aut Monachorum exclusione, aut inclusione, & quando Monasterium, Monachus, aut Monialis succedere possint, vel non in maioratu, & ex quibus clausulis censeantur inclusi, vel exclusi? Cap. 18. pag. 587. & seqq.

De Clericorum inclusione, vel exclusione à successione maioratus, non solum propter Clericatum, sed etiam ratione incapacitatis contrahendi matrimonium, & habendi filios, descendentesque legitimos; & an possint ab institutore excludi, & includi, & ex hac exclusione censeantur etiam exclusi impotentes, & mulieres generationis incapaces propter ætatem, aut incapacitatem; & quid si superveniat qualitas Clericatus post successionem? Cap. 19. pag. 606. & seqq.

De exclusione filiorum naturalium, spuriorumque, & legitimatorum, & quando dicti naturales, spurij, aut legitimati, eorumque filij legitimi possint succedere, vel non in maioratu, & censeantur inclusi, vel exclusi à dicta successione illegitimi. Cap. 20. pag. 622. & seqq.

De maioratu naturali, spuri, & legitimatorum, & quando dicti naturales, spurij, aut legitimati, eorumque filij legitimi possint succedere, vel non in maioratu, & censeantur inclusi, vel exclusi à dicta successione illegitimi. Cap. 21. pag. 644. & seqq.

De maioratu naturali, spuri, & legitimatorum, & quando dicti naturales, spurij, aut legitimati, eorumque filij legitimi possint succedere, vel non in maioratu, & censeantur inclusi, vel exclusi à dicta successione illegitimi. Cap. 22. pag. 662. & seqq.

De maioratu naturali, spuri, & legitimatorum, & quando dicti naturales, spurij, aut legitimati, eorumque filij legitimi possint succedere, vel non in maioratu, & censeantur inclusi, vel exclusi à dicta successione illegitimi. Cap. 23. pag. 682. & seqq.

PRIVILEGIO.



U o Princepe como Regente,& Governador dos Reynos de Portugal,& Algarves: Faço saber, que o Licenciado Manoel Alvarez Pegas, Advogado na Casa da Supplicação, me enviou dizer por sua petição, que elle imprimio à sua custa o Livro intitulado *Resolutiones Forenses*, o qual estava correndo, & de presente se estava acabando de imprimir o Primeiro Tomo sobre a Ordenação do Reyno, tambem à sua custa, em os quaes tinha gastado mais de douz mil Cruzados ; & vay continuando mais Obras , & outros Livros mais sobre a mesma Ordenação. E porque os ditos Livros se pòdem imprimir fóra deste Reyno em prejuizo delle supplicante : Pedindome lhe fizesse merce conceder Privilegio para se imprimir o dito Livro, como os mais sobre a Ordenação, na forma ordinaria. E visto seu requerimento, querendolhe fazer graça,& merce : Hey por bem, & me praz, que por tempo de dez annos nenhum Impressor, Livreyro , nem outra algúia pessoa , de qualquer qualidade que seja , possa imprimir,nem vender em todos estes Reynos,& Senhorios de Portugal, nem trazer de fóra delles os taes Livros,que o supplicante tem impresso , & quer imprimir ; & só os possaó imprimir,& vender os Impressores , Livreyros,& pessoas,que para isso tiverem licença do supplicante Manoel Alvarez Pegas. Equalquer pessoa,que durando os ditos dez annos,imprimir,ou vender os ditos Livros nestes Reynos,& Senhorios,ou os trouxer de fóra delles sem licença do supplicante, perderà para elle todos os Volumes,que assim imprimirem,venderem,ou de fóra trouxerem.E alèm disso,encorrerà qualquer , que assim o fizer, em pena de duzentos Cruzados,ametade para as despezas da Mesa do Dezembargo do Paço ; & a outra para quem o accusar. E mando a todas as Justiças, Officiaes; & pessoas, a quem o conhecimento pertencer,que lhe comprão, & guardem esta Provião, como nella se contém,sem embargo da Ordenaçam lib.2.tit.40.em contrario. E este Alvarà se tresladará nosditos Livros,para constar o referido. Miguel Vieyra a fez em Lisboa aos 22. de Mayo de 1669. Luis Sanches de Baena a fez escrever.

P R I N C E P E,

Marquez Mordomo Mór.

L I C E N Ç A S

Do Santo Officio.

O Padre Mestre Fr. Jeronymo de S. Tiago, Qualificador do S. Officio, veja o Livro, de que esta petição faz menção, & informe com seu parecer. Lisboa 14. de Dezembro de 1685.

Jeronymo Soares. Joaõ da Costa Pimenta.

O Bispo Fr. Manoel Pereyra. Bento de Beja de Noronha.

VI o Livro de que nesta petição se faz menção, Author o Doutor Manoel Alvarez Pegas : & nelle não achey cousa , que encontre noſſa S. Fè, ou bons costumes, antes me parece muito digno de que ſe dè à eſtampa pelo ſolido da doutrina, & materia de que trata, conſirmada com as melhores Deciſoens, que derão os Doutiſſimos Desembargadores destes tempos. Eſte he o meu parecer. S. Bento de Lisboa 24. de Janeiro de 1686.

O Doutor Fr. Jeronymo de Santiago.

O Padre Doutor Affonso Mexia da Companhia de Jeſu, Qualificador do S. Officio, veja o Livro de que nesta petição se faz menção, & informe com seu parecer. Lisboa 25. de Janeiro de 1686.

Jeronymo Soares. Joaõ da Costa Pimenta. Bento de Beja de Noronha.

LI este Livro do Sapientiſſimo Doutor Manoel Alvarez Pegas ; no qual não ha couſa, que encontre noſſa S. Fè Catholica , ou bons costumes ; antes ha nelle muito que louvar, & he muito digno de ſe imprimir. Lisboa, Seminario Irlandez 14. de Junho de 1686.

Doutor Affonso Mexia.

VIſtas as informaçōens, pòdeſe imprimir este Livro , cujo titulo he *Tratado de Incluſione, Excluſione, Successione, & Erectione Maioratus;* Author o Doutor Manoel Alvarez Pegas ; & depois de impresso tornarà para ſe conferir, & dar licença que corra, & ſein ella não correrâ. Lisboa 14. de Junho de 1686.

Jeronymo Soares. Bento de Beja de Noronha.

Do Ordinario.

Pode se imprimir, & depois tornarà para se dar licença para correr ;
& sem ella não correrà. Lisboa 5. de Agosto de 1686.

Serrão.

Do Paço.

Ad Secundam Partem Tractatus de Inclusione, & Exclusione Majoratus, miro ordine, solitoque methodo pergit Author, cuius tanti operis ad cōmendationem licet sufficeret sui Authoris nomen, atque existimatio, non minorem certè efflagitat ipsius rei utilitas, atque necessitas, cum in hac difusissima primogenitorum materia, resolutionum confusio, & Doctorum perplexitas discentes quamplurimos ab optimo studio hucusque ita deterruisset, ut voluntatem discendi, unā cum spe perdiscendi, abjecerint; Author summa perspicuitate, tamquam Ulp. alter, illam confusionem tollit, & velut ad artem redigit, Doctorumque perplexitati, ceterisque incōmodis medetur, in summam nostrae Reip. utilitatem, totiusque Lusitaniæ gloriam; Igitur, ut hoc opus typis mandetur, non solum utilissimum, sed necessarium arbitror. Ulyssipone 21. Octobris 1686.

D.Hieronymus Vaz Vieyra.

Que se possa imprimir vistas as licenças do Santo Officio, & Ordinario, & depois de impresso tornarà à Mesa para se tayxar, & conferir, & sem isso não correrà. Lisboa 15. de Novembro de 1686.

Roxas. Lamprea. Marchão. Azevedo. Ribeyro.

Está conforme com o seu Original. S. Bento da Saude 9. de Junho de 1678.

O Doutor Fr. Jeronymo de Santiago.

VIsto estar conforme com o seu Original, pôde correr. Lisboa 10. de Junho de 1687.

Ioaõ da Costa Pimenta. Fr. Vicente de Santo Thomas.

Pode correr. Lisboa 14. de Junho de 1687.

Serrão.

Tayxão este Livro em Quinze Tostoens. Lisboa 18. de Junho de 1687.

Roxas. Lamprea. Marchão. Azevedo. Ribeyro.

Errata sic corrige.

Pag. 6. ad fin. n. 38. in princip. defecit. De qua re Scobar de purit. & nobil. proband. 2. p. q. 2.
n. 102. & q. 4. art. 2. n. 93. Pag. 19. col. 1. ad fin. § 6. lege §. 1. & col. 2. n. 27. indiscussa, lege
discussa. Pag. 25. n. 51. verb. 3. lege d. concl. 7. Pag. 30 col. 2. transauçao, lege agnaçao. Pag. 34.
col. 2. lin. 2. allegare, lege allegabat, & n. 84. ad fin. denunciat, lege denunciavit. Pag. 39. n. 107. ad
fin. textu, lege prætextu. Pag. 53. col. 2 linea 14. instituidora, lege possuidora. Pag. 71. de foro, lege
defero. Pag. 188. col. 2. Ley, lege tit. Pag. 230. col. 1. post Gam. deest. 7. col. 2. §. 3. leg. 1. Pag. 236.
n. 46. Oleo, lege Leo. Pag. 238. n. 57. in fin. post Reynos. deest, observ. 24. Pag. 238. n. 59. post
transversales, deest est, & qui, lege quia. Pag. 284. Teuce, lege Teve; & Pag. 285. idem, & Pag.
286. 287. 288. Pag. 298. n. 207. in fin. discept. lege dec. Pag. 322. n. 302. cap. 28. lege 38. Pag. 327.
n. 337. pro, lege per Pag. 378. n. 523. alius, lege alijs, & post inferior, deest, non potest succedere.
Pag. 339. sexta linea, una, lege ulla. Pag. 400. n. 603. vers. nec §. 3. lege 2. Pag. 420. n. 674. in fin.
ipsem, lege ab ipsomet, & ibi tutoriæ, lege tutellæ. Pag. 435. n. 757. passionem, lege possessio-
nem. Pag. 466. substituidores col. 2. lege substituindoos. Pag. 484. n. 72. Castro Palao, lege Casti-
lho. Pag. 493. n. 4. potest, lege possunt. Pag. 522. n. 114. in fin. tit. 82. lege 87. Pag. 574. n. 79. in
princip. veniatur, lege inveniatur. Pag. 582. n. 103. considerat, lege conciliat. Pag. 610. col. 1. simul,
lege semel. Pag. 658. n. 141. cap. 8. lege 6. Pag. 665. n. 163. verbo, lege ubi.





**EMMANUELIS
ALVAREZ PEGAS,
TRACTATUS
DE
EXCLUSIONE, INCLUSIONE,
Successione, & Erectione Maioratus.**

C A P. VIII.

De Inclusione, & Exclusione Successoris Maioratus, quid sit inclusio, aut exclusio, & quando inclusio unius sit exclusio alterius, & quid sit successio, & de varijs exclusionibus.

SVM MARIUM.

- 1 Successio quid sit, & quomodo dividatur, & quomodo in maioratu introducatur: & n. 2.
- 3 Inclusio quid sit.
- 4 Exclusio quid sit secundum voluntatem testatoris: & n. 5. & 6.
- 7 Quid in exclusione, aut inclusione conditionali.
- 8 Inclusio unius quando sit exclusio alterius, explicatur n. 17.
- 9 Vnius admissio est alterius exclusio, & quomodo procedat.
- 10 Inclusio, & vocatio unius linea est exclusio aliarum linearum.
- 11 Ex vocatione, & inclusione masculorum, quando feminæ censeantur exclusæ.
- 12 Inclusio, seu vocatio agnitorum, an conti-

Pars II.

neat exclusionem cognatorum.

- 13 Inclusio, & vocatio fæminarum, an sit exclusio masculorum.
- 14 Inclusio, & vocatio sacerdotalis, an sit exclusio Clericorum, & è contra.
- 15 Vocatus, & inclusus cum certa qualitate, necessaria, & requisita ab institutore, est exclusio alterius, qui non habet talam qualitatem.
- 16 Inclusio certi casus est exclusio aliorum.
- 18 De maioratu irregulari, in quo aliquis inventur exclusus, & de varijs exclusionibus.
- 19 Quotiescumque in maioratu aliqua persona familie inventur exclusa, quia exceptatur à regula successionis, dicitur maioratus irregularis, & non regularis.
- Ibid. Exclusio individualis dicitur, que constat ex institutoris conjecturis expressis, & evidentissimis.
- 20 Exclusio solum restringitur ad casum expressum.
- 21 Exclusio à successione nisi expressa sit à testatore, certa persona, vel gradu, vel linea, non procedit, cum censeatur odiosa.
- 22 Exclusio non extenditur ad aliam personam, nec gradum, vel lineam substitutorum, quanvis militet eadem ratio.
- 23 Excludere aliquem à successione est pena, & exbaratio, & non habet locum nisi in casu espresso.
- 24 Sublata, & non existente persona, cuius

A

favore

Tractatus de Exclusione, Inclusione,

- favore altera excluditur, cessat exclusio.
 25 Exclusio admittitur per conjecturas, & eosdem operatur effectus ad exclusionem maioratus, & quare n. 26.
 27 Dummodo conjecturæ sint à iure approbata, vel ex tacita voluntate testatoris.
 28 Probata exclusione tacita, aut expressa, non potest exclusus admitti, nec per representationem, nec per lineam, aut gradum: & n. 31. 32. 33. & 34.
 29 Paria sunt à nemine praecedi, vel ab eo qui est exclusus.
 30 Exclusus habetur, ac si non existeteret.
 36 Exclusio facta in aliqua clausula de persona, an extendatur ad omnes gradus, & vocationes.
 37 Contrarium refertur, & concluditur remissive n. 38.



SUCCEDERE est in alterius locum venire, sicuti in successione ab intestato, & est hereditaria, & in maioribus iure sanguinis, & legitima est successio ex parte patris, naturalis ex parte matri, & de capite in caput, est quando deficiente primo capite liberorum, oritur secundum caput agnatorum, & isto deficiente, succedit tertium caput cognatorum, & cognatis defientibus succeditur quarto per ordinem, & successio de gradu in gradum, & de linea in lineam, est quando plures personæ sunt in eodem capite in diversis gradibus, una prior, alia posterior, ut multis iuribus tradit Pereir. in elucidar. jur. lib. 2. elucid. 15. num. 1088. & 1089. Rox. de incomp. p. 1. cap. 6. n. 260. & cap. 8. num. 17. & seqq. Paz. de tenet cap. 27. num. 30. & 32. & per tot. & successor est, qui jure proprio succedit, Roxit. conf. 83. n. 21. & non qui non succedit, Paz. de tenet. cap. 35. n. 18.

2 Et in maioratu non sit per saltum, sed ordinatè, & successivè de linea in lineam integrum, licet incipiat, nondum constituto maioratu, Rox. de incompat. p. 1. cap. 6. n. 14. & n. 163. & 192. Quod dirivari debet per lineam, seu canalem descendantium primo loco, secundo per lineam ascendentium, tertio per lineam transversam, sicut regulatur per successionem ab intestato, ut num 194. & num. 207. quod debet ingredi de proximo in proximorem, & cap. 8. n. 16. & seqq.

3 Inclusus dicitur vocatus, & in institutione admissus, L. qui liberis 8. §. bac verba ff. vulgari, Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3. Bellon. de jur. accrescend. cap. 7. 9. 19. num. 110. & tenent quos Ego ipse refero Forens. cap. 4. num.

122. & 123. in nova impression. Molin de primog. lib. 1. cap. 9. n. 11. optime Gargiar. conf. 16. n. 47. Roxas de incompatib. maior. p. 5. cap. 1. per tot.

Exclusio est exhaeredatio, & exceptio à maioratus successione, Molin. de primog. d. cap. 9 per tot. & num. 10. & 11. Pereir. in elucidar. in appendix. n. 1781.

Et provenit à voluntate testatoris, & non est contra ius, sed secundum jus, ex Farin. Gargiar. conf. 16. n. 47.

Et inclusus dicitur, qui exceptus non est, Botiler. de success. ab intest. cap. 1. theorem. 39. n. 2. & 3.

Dummodo sit inclusio, aut exclusio posita in vocatione, aut exhaeredatione pura, non si fuerit conditionalis, nam successoris habilitas, & inclusio, aut exclusio determinatur, quando conditio existit, & antecedens tempus nullam habet operationem ad inclusonis, aut exclusionis effectum, L. si usus fructus §. fin ff quando dies legat. cedat, L. si uxor Cod. cond. insert. tradit intermixta Mädel. Albens. conf. 60. num. 9. & 10. vol. 1. Bolognet. in respons. pro Trivulcijs num. 78. usque ad 8;

Et inclusio unius est exclusio alterius, Pichard. in princip. inst. de exhaered. liber. n. 10. Vela sc. locis com. lit. I. num. 43. Barbos. axioma 120. verb. inclusio, Vela dissert. 49. n. 2. qui multa iura referunt, & non paucos DD. citant, & ultra eos Rox. de incop. maior. p. 5. c. 1. n. 3. Vbilate explicat, & ultra quos referunt Bellon. de jur. accresc. cap. 7. 9. 19. n. 110. Valenz. conf. 5. num. 19. & conf. 23. num. 6. & conf. 33. n. 160. & conf. 97. n. 149.

Et unius admissio est alterius exclusio, Pichard. ubi supr. Roxas d. cap. 1. p. 5. n. 17. Et si aliquis ex pluribus personis vocatus sit, & ex eo inclusus ad successionem maioratus, succedit necessario aliorum exclusio, & exinde inclusio illius, est remotio, & exclusio alterius, ut ex Giurb. de feud. §. 2. gloss. 10. n. 22. tradit Roxas d. cap. 1. n. 18.

Et inclusio, & vocatio unius lineæ, est exclusio aliarum linearum, ut tenet Giurb. d. gloss. 10. n. 22. vers. Tum quia inclusio unius lineæ, est alterius exclusio, cum Menoch. conf. 106. num 350. idem Roxas d. cap. 1. n. 19.

Et ex vocatione, & inclusione simili atque absoluta masculorum ad successionem maioratus, sequitur exclusio fæminarum. Nam inclusio masculi ad successionem primogenij est exclusio fæminarum, ut multis citatis tenet, & explicat Roxas d. cap. 1. num. 20. usque ad 26. ubi explicat, & allegat text. in L. I. ff. ad Leg. Iul. de adulter. cap. Raynus. tins versic. si absque liberis de testament. L.

Successione & Erectio ne Maioratus Cap. VIII.

3

cum ita 63. § 1. ff condit. & demonstr. L. sicut certi 9. Cod. de testamento militis, & allegat Padilh. Peregrin. Molin. Fusar. Castilh. Barbos. & Vela, & ultra quos refert est text. in L. spadonem §. si liberti ff. excusat. tutor. ibi : Hoc enim masculorum senatorum libertis solum concessum est, L. 1. juncta gloss. verb. viriles, & L. 2. ubi gloss. verb. nemo Cod. de vestib. olober. & aurat. lib. 11. Bart. in L. cum avus num. 4. ff cindit. & demonstr. Mantic. de conjectur. lib. 5. tit. 15. num. 1. Menoch. lib. 4. presumpt. 89. & cons. 106. num. 9. Gam. dec. 354. & 355. Peregrin. de fideicom. art. 25. num. 11. Faber de errorib. pragmaticor. decad. 28. error. 8. n. 2. Cabed. dec. 208. Cevalb. 9. 905. num. 31. & 57. & ultra Castilh à Rox. citatum, est videndus lib. 2. cap. 4. num. 78. & 79. & lib. 5. cap. 129. num. 47. Larrea dec. 33. num. 45. & 46. & judicatum referunt Guid. Pap. q. 485. Boer. dec. 147. Lodavisi. dec. Lucens. 29. num. 24. Surd. dec. 66. & ibi Hodierna, Vivio dec. 414. Caroc. dec. 105. Peregrin. dec. 35. Manic. dec. 351. & infra latius dicemus.

12 Inclusio seu vocatio agnatorum, an continet exclusiōē cognatorum, seu masculorum ex fæminis, explicat, & distinguit cum multis Roxas d. 5. p. cap. 1. num. 27. & ultra quos refert cum multis Philippus Knipschilt. de fideicomiss. familiar. nobil. cap. 8. n. 239. usque ad 255. Tiraquel. de jure primogeniturae q. 12. n. 5. Larrea dec. 34. 51. & 54.

13 Et inclusio, seu vocatio fæminarum, est exclusio masculorum, ut ex Fusar. tradit idem Roxas d. cap. 1. num. 18. & inclusio, seu vocatio secundigeniti, omisso primogenito, est exclusio primogeniti, quia qui aliquos vocat, aut includit, alios videtur excludere, ex L. sicut certi Cod. de testamento militis, per quam ita tradit Bart. in L. 2. §. videndum n. 2. ante fin. ff. ad Tertullian. in nostris terminis Cephal. cons. 63 8. num. 33. cum seqq. lib. 1. Vbi tenet, quod ex vocatione primogeniti excluditur secundogenitus, & quod fortius inclusio, & vocato secundogenito, & omisso primogenito, is videbitur exclusus, & num. 15. & 16. quod vocato, & inclusio filio maiore, censetur exclusus secundogenitus, quia non est comprehensus in tali vocatione, de qua relatis dicemus infra.

14 Et inclusio, & vocatio sacerularis, est exclusio Clericorum, & remotio Monachi, & vocatio Clericorum, est exclusio sacerularium, ut late fundat Valenz. cons. 53. inclusio enim aliquorum est exclusio aliorum, qui sint diversi ab inclusis, ex Bart. Valenz. cons. 97. n. 149.

15 Et vocatus, & inclusus cum certa qualitate necessaria, & requisita ab institutore, est exclusio alterius, qui non habet tales qualitates, L. si ita quis 21. ff vulgar. ibi : Non enim videatur in hunc casum substitutus, ubi gloss. verb. post decimum, L. qui plures 38. in princip. eodem tit. L. ex facto 43. §. item quero eodem tit. L. in testamento Cod. de testamento militis, ibi : In eum solum casum, eam locum habere sententijs Prudentum virorum, & constitutionibus diversorum parentum, eorum placet, Azeved. cons. 18. num. 17. de ratione Cassanai: cons. 4. num. 9. Larrea dec. 33. n. 33. Pereir. de jur. Ind. lib. 2. cap. 19. num. 3. Valenz. cons. 97. num. 22. & 216. Et inclusio, & vocatio filiorum legitimorum natorum, seu procreatorum de legitimo matrimonio, an sit exclusio filiorum legitimorum per subsequens matrimonium, & an succedere possint in maioratu, in quo expressa adest clausula includens, & vocans ad successionem filios legitimos natos, seu procreatios de legitimo matrimonio, nisi expresse cautum sit, quod non succedit, vel ex alijs verbis colligatur fundatorem eos voluisse excludere; sunt videndi Aug. Barbos. vot. 73. Noguerol. alleg. 23. & 24. Maldonad. in addit. ad Molin de primogen. lib. 3. cap. 3. num. 31. Altograd. cons. 93. 2. tom. Cresp. de Valdau. obs. 23. num. 138. & seqq. Larrea dec. 8. Molin de primogen. lib. 3. cap. 1. num. 10. & 15. & ibi Lima in additionib. Boff. de matrimonij contractu cap. 3. §. 31. Giurb. in consuetud. Senat. Messan. cap. 1. gloss. 4. n. 115. & seqq. Olea de tess. jur. & action. tit. 4. q. 8. Sanch. de matrim. disp. 42. Lupo de illegitimis commentar. 4. §. 1. & seqq. Fajard. in tract. de legitimat. per subsequens matrimonium n. 231. & seqq. Picbon. de matrimon. disp. 8. Botilher de success. ab intestato theorem. 5. 8. & 9. & Nos diximus in commentar. ad Ord. tom. 1. ad tit. 1. §. 6. num. 13. & 14. & infra dicemus.

Et inclusio certi casus, est exclusio aliorum, Mier. de maiorat. 1. p. q. 1. num. 314. & exclusio legitimorum non comprehendit legitimatos per subsequens matrimonium, Noguerol. alleg. 23. num. 52. & ad varios casus est videndus multis citatis Doctissimus Aquila ad Roxas de incompat. maiorat. p. 1. cap. 9. per tot. propediem in lucem edendus.

Quæ dicta sunt de inclusione unius, quod sit exclusio alterius, intelligenda veniunt, quod inclusio unius, non est exclusio alterius, quando exclusus includitur per aliam dispositionem, & alio jure, ut tenet Bellon. cons. 16. n. 15. & Nos infra dicemus late.

Et de maioratu irregulari, in quo aliquis invenitur exclusus, dicemus per casus late

A ij infra

infra; nunc dicemus aliqua necessaria circa personarum exclusionem generaliter, & quando exclusio durat, vel ad alios casus extendatur, vel facta ex uno capite exclusa censeatur ex alio, & quomodo debeat intelligi exclusio, & de exclusionis effectu, ut ex sequentibus apparebit.

¹⁹ Quotiescumque in maioratu aliqua persona familiæ invenitur exclusa, quia excipitur à regula successionis, dicitur maioratus irregularis, & in hac vocatione, & exclusione non est regularis, sed irregularis, ut tenet Menchac. de success. creat. §. 26. num. 11. & colligitur ex utroque Molin. unus lib. 2. de primog. cap. 17. alter disp. 576. Atque ita agendum erit de dictis exclusionibus, tam expressis, quam tacitis deductis ex iuris conjecturis, quæ idem valent, atque individuallis exclusio. Nam licet exclusio non admittatur, nisi apertissimis ostendatur verbis, aut evidentissimis dispositionibus colligatur, L. 1. Cod. cond. insert. ibi: *Nisi alia defuncti voluntas evidenter probetur*, L. Lucius §. quæsum ff. leg. 3. L. nuptura ff. de jur. dot. ibi: *Nisi evidentissime contrarium probetur*, L. libertas §. fin. ff. manumiss. test. ibi: *Nisi aliud censisse patrem manifestissimis rationibus probaverit*, L. si plures ff. vulgari, ibi: *Nisi alia forte fuerit mens testatoris, quod vix credendum est, nisi evidenter fuerit expressum*, Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. num. 32. Surd. conf. 316. num. fin. Ramon. conf. 100. n. 501. & exclusionem allegans debet apertissime ostendere, Valenz. 97. num. 71. & dicitur qui in specie excluditur à jure, ut tenet idem Valenz. conf. 83. n. 49.

²⁰ Exclusio enim solum restringitur ad causum expressum, L. si is qui ff. de inoffic. test. L. Cancelaverat ff. de his qui in testam. delent. Tiraq. cess. caus. p. 1. num. 99. & 142. Valenz. conf. 106. num. 16. Castill. lib. 3. contr. cap. 15. n. 59. & seqq.

²¹ Nam exclusio à successione, nisi expressa sit à testatore certa persona, vel gradus, vel linea, non procedit, cum censeatur odiosa, L. cum quidam 19. ff. de liber. & postb. Roxas de incompatib. p. 4. cap. 2. n. 8.

²² Ideoque non extenditur ad aliam personam, vel gradum, vel lineam substitutorum, §. nos igitur in auth. de rest. fideicommiss. Roxas ubi supra num 9. Quamvis militet eadem ratio, ut cum alijs tenet Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 41.

²³ Nam cum excludere aliquem à successione de jure competente sit pæna, L. si is qui heres ff. vulgari, & à maioratu exclusio sit species exhaerationis, Bald. in L. illam n. 4. Cod. de coll. Menoch. conf. 485. n. 8. lib. 5.

& conf. 315. num. 2. lib. 4. non habet locum nisi in casu expresso, & non est extendenda, Surd. conf. 386. n. 29.

Ideoque sublata, & non existente persona, cuius favore altera excluditur cessat exclusione, L. 2. §. si mater ff. ad Tertullian. L. inde ff. usufr. accresc. Decian. respons. 40. num. 32. lib. 1. Becc. conf. 107. num. 18. & 19. lib. 1. Surd. conf. 416. num. 14. Bald. conf. 436. num. 3. lib. 4. quia exclusio durat durante causa illius, Valenz. conf. 83. num. 131. & conf. 113. num. 63. & seqq. ad alia.

Attamen exclusio probatur, & admittitur per conjecturas, & eosdem operatur effectus ad exclusionem maioratus, quia à successione maioratus quis excluditur, non solum quando de ejus exclusione appetit expresse, ita quod expressim exclusus fuérit, sed etiam quando ex evidentiis, ac urgentibus conjecturis de institutoris voluntate constare potest secundum ius, & voluntatem tacitam, ut in terminis tenet Castill. lib. 3. contr. cap. 12. num. 41. ubi per hæc verbū ita concludit, & lib. 5. cap. 16. 1. num. 10. Mastrilb. dec. 65. num. 2. in fin. & num. 3. & dec. 153. num. 28. & multis citatis in terminis exclusionis etiam Roxas de incomp. maior. p. 7. cap. 5. num. 72. & jam supra diximus num. 19.

Nam id, quod ex conjecturis deducitur, expressum dicitur, manifestaque, & evidenter voluntatem inducit, L. licet Imperator ff. de legat. primo, L. quoties §. si quis juncta gloss. ff. de heredib. instituend. cum multis Mier. de maiorat. in initio 2. p. num. 6. & q. 3. num. 21. Molin. lib. 1. de primogen. cap. 4. num. 19. Castill. lib. 2. contr. cap. 4. num. 53. & lib. 3. cap. 12. num. 42. & lib. 4. cap. 17. n. 7. & 8. Roxas de incompatibil. maiorat. p. 7. cap. 5. n. 74. & n. 73. de ratione.

Dummodo conjecturæ sint à jure approbatæ, quia per juris nostri normas ex tacita testatoris voluntate supplentur illa, quæ ille omisit, & non declaravit, ut inquit I. C. in L. non interdum §. denique ff. de heredib. instituend. ibi: *Si minus distribuit, potestate juris in hoc revolvitur*, L. 2. §. si mater ff. ad Tertullian. ibi: *Cum enim esset prælatio: matre omittente Senatus Consulti beneficium, jus succedit vetus*, L. inde Heratius ff. usufruct. accrescend. L. præcipimus Cod. de appellatiōnib. ibi: *Quidquid autem bac Lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum, constitutionumque regulis omnes reliatum intelligent*. Quare dixit Bald. conf. 198. n. 1. & conf. 330. num. 2. lib. 3. quod casus omis. sus in dispositiōne maioratus non habetur pro omisso, sed pro tacite disposito, secundum

Successione, & Erectione Majoratus, Cap. VIII.

3

dum Legis Ordinationem, de qua re plura refert Molino de ritu nuptiar. lib. 3. q. 54. n. 3. & 52. Vela dissert. 45. n. 104.

28 Et sic probata exclusione tacita, aut expressa, non potest exclusus admitti ad successionem, nec alium excludere, Geovan. conf. 1. num. 34. lib. 1. & conf. 2. num. 4. & 24. & rationem praestat Valenz. conf. 83. n. 7. & 15. quia exclusus pro mortuo reputatur, Valenz. conf. 97. n. 132.

29 Paria enim sunt à nemine præcedi, vel ab eo qui est exclusus, Surd. conf. 517. num. 19. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 9. num. 29. Castilb. tom. 3. contr. cap. 15. num. 46. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 4. num. 10. Noguerol. alleg. 27. n. 173. Geovan. ubi supr. & itogr. conf. 13. lib. 2. num. 33. & 35. Valenz. d. conf. 83. n. 126. Cald. de nominat q. 12. n. 49. Menoch. conf. 204. n. 46.

30 Exclusus enim habetur, ac si non existet, probatur per text. in L. suis bæres ff. de repudiand. heredit. L. si post mortem §. liber. ff. de honor. possess. contra tabulas, Reminald. conf. 31. n. 64. tom. 1. ex L. 2. §. sed si ff. ad Tertilian. Geovan. d. conf. 1. n. 34. lib. 1.

31 Quia exclusus non potest succedere, nec admitti per repræsentationem, nam succendi non habet potentiam, fine qua non admittitur repræsentatio, Castilb. lib. 3. cap. 19. n. 181. & seqq. Surd. conf. 370. numer. 20. Robles de repræsent. lib. 2. cap. 1. n. 28. & 29.

32 Neque etiam per lineam, quia ista non constituitur in persona exclusa, Larr. dec. 51. num. 24. Nam semper ad illam includendam requiritur capacitas, & potentia succedendi, Cap. 1. de success. feud. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 5. num. 34. & 37. Menoch. conf. 1082. num. 13. Paz de tenut. cap. 35. num. 11. Castilb. tom. 6. contr. cap. 168. n. 15. & 18.

33 Linea enim nunquam attenditur, nisi quæ causat prærogativam succedendi juxta ipsius majoratus institutionem, ut post alios tenet Castilb. lib. 5 contr. cap. 93. n. 11. & 12.

34 Neque per gradum, aut proximitatem exclusi admittuntur, quia cum jus lineæ deficit, non potest consistere gradum, Larr. dec. 51. num. 23. & 24. extra enim illam extimationem non habet, neque effectum producit, Cap. 1. de natur. success. feud. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 14. Castilb. lib. 5. contr. cap. 67. num. 23. & 24. Valenz. conf. 97. num. 13. Pereir. deo. 122. num. 1. cuius verba recenset Castilb. tom. 6. cap. 160. n. 10.

35 Neque etiam per vocationem generalem admittitur exclusus, quia illa non includit exclusum specialiter, L. cohæredi §. qui patrem ff. vulgari, L. cum in testamento 37. §. fin. ff. hered. instit. cum alijs Molin. de primogen. lib. 3.

Pars II.

cap. 5. num. 55. Roxas de incomp. maior. p. 1. cap. 2. num. 45. Surd. conf. 59. n. 16. & dec. 38. num. 10. vers. Nec, & est optima Gloss. in L. si quis priora ff. ad Trebel. verb. specialis, Iaz. in L. doli num. 1. ff. verbor. oblig. Vbi inquit, quod ille, qui specialiter excluditur, non includitur sub generali vocatione, de qua re infra dicemus, & quando exclusus ex uno capite, ex alio includatur.

Et exclusio facta in aliqua clausula de perse, refertur ad omnes gradus, & ad omnes vocationes, sive talis exclusio apponatur in principio, sive in medio, sive in fine, & non censetur sublata ex generali vocatione, ut tenet Gregor. Lop. in L. 2. tit. 13. part. 6. gloss. 2. q. 26. vers. si vero exclusio, sequuntur Molin. de primog. lib. 1. cap. 5. num. 62. & ibi Add. Mier. de maior. 2. p. q. 12. num. 18. 22. & 30. Gratian. forens. cap. 773. num. 17. & 25. Farin. dec. 453. tom. 1. num. 8. Castilb. lib. 2. contr. cap. 4. num. 72. Cassanat. conf. 47. num. 128. Cevall. q. 905. com. n. 57.

Licet contrarium probetur ex text. in L. 37 qui duos ff. conjunct. emancip. liber. & in L. si filius qui patri ff. honor. libertor. Bald. in cap. studiisti 2. num. 4. ff. offic. leg. ibi: Respondeas quod perdidisti uno capite speciali, recupero ex generali. Quia loquitur in diversis terminis, ut ex illis patet, & exclusus non potest succedere, nec constituere lineam, ut late de materia infra dicemus, & tenet in specie Larr. dec. 51. n. 23. & 24.

Hæc autem exclusio, aut est ab homine, 38 aut à Lege realis, vel personalis, perpetua, vel ad tempus, expressa, vel tacita, de quibus diximus supra, & late infra dicemus per varios casus in specie discurrendo, & ad hunc effectum non tenetur pars declarare nomina ascendentium exclusi, nisi usque ad avos tantummodo, & non amplius, ut judicatum fuit in casu seq.

No feito de Dona Mariana de Abreu Rego contra Francisco de Baena Sanches, Escrivão Ioaõ Bautista Pereira, se deu a sentença seguinte.

Acordaõ em Relaçao, &c. Recebemos os embargos do embargante, os quaes dos mesmos autos julgaõ provados, a respeito sómente de não ser obrigada a embargante a fazer o termo, que se declara no Acordaõ embargado: & deferindõ aos embargos do Acordaõ fol. 103. opostos pelo R. os recebem, & julgaõ juntamente por provados, vistos os autos, & como o embargante não pode ser obrigado a nomear, quem foi o visavõ, & visavõ da embargada, & basta, conforme a Direito, nomear sua avõ. Portanto mandaõ, que o Corregedor do Civel da Corte o não obrigue a fazer tal nomea-

A iii

qab.

çao. Lisboa 18. de Julho de 1681. Motta,
Freyre. Sampayo.

C A P. IX.

Tractatus de Exclusione, Inclusione,

verbis, sive aut censentur vocati, primis consanguineis ex parte patris deficientibus, quia dicuntur vocati, non conjunctim, sed unus in defectum alterius, L. hæredes mei §. fin. ff. ad Trebel. d. §. à te peto, Imola in L. Galbus §. etiam si parente num. 29. vers. quia loquitur ff. de liber. & posthum. Geminian. in cap. licet num. 4. vers. & hanc partem credo veram, & quod alternativa est ordinis, multa refert Reynos. obser. 14. & ibi Add. novissima.

Et sufficit, quod prætendens maioratum sit consanguineus ex parte patris primo loco nominatus, licet non sit proximior, quia in his alternativis sufficit alteram partem adimpleri, ex text. in L. si is qui ducenta §. utrum de reb. dub. L. si quis ita 129. in fin. de verbor. oblig. Peregrin. de fideicom. art. 13. n. 34. Menoch. lib. 4. præf. 186. n. 10.

Attamen contraria sententia mihi verior videtur, & pro ea consului, ex Castilh. d. cap. 67. num. 28. ex quo resolutio à nobis proposta procedit, quando consanguinei sunt in æquali gradu, quia tunc præferendus venit consanguineus ex parte patris; at vero, quādo sunt in inæquali gradu, præfertur magis consanguineus, & proximior, licet sit ex parte matris, ut ex Gregor. Lop. & alijs tenet idem Castilh. d. num. 28. & in vers. Ego vero, & vers. sed an, & vers. rursus, & vers. nam rationi, respondet ad contraria, & nostram sententiam sequitur, & ex illo, & alijs tradit Noguerol. alleg. 9. n. 20. & in vocatione nominis Gregor. Lop. in L. 2. tit. 15. part. 2. gloss. 18. Castilh. tom. 5. cap. 93. §. 21. n. 7. & 8.

Et consanguineus proximior, tam ex parte patris, quam matris, intelligitur vocatus, ut in L. cum ita legatur §. in fideicommiss. ff. leg. 2. quia extinti primi gradus, sequuntur, & habent principium sequentes gradus, L. & si 3. ff. liber. & poth. L. nam similes ff. in just. rupt. L. hæredes mei §. peto ff. ad Trebel. L. 45. Tauri.

Et succedit proximior ultimo possessori, licet vocetur, ut hic cum pronomine, a o meu parente mais chegado, ut tenent Iason conf. 215. lib. 2. vers. itam partem, Bald. conf. 159. num. 2. lib. 3. Decian. conf. 9. num. 44. & 62. lib. 2. Menoch. conf. 357. num. 24. Roland. conf. 68. num. 31. lib. 1. Cov. pract. cap. 38. n. 11. Peregrin. de fideicommiss. art. 21. num. 12. Gam. dec. 7. num. 6. Mier. 2. p. num. 2. Gratian. forens. cap. 419. Fusar. q. 485. num. 40. Robles de repræf. lib. 3. cap. 11. num. 33. & 34. Castilh. lib. 3. cap. 19. num. 113. Add. ad Molin. lib. 3. cap. 8. num. 11. vers. secunda sententia.

Quod etiam probatur ex verbis institutionis da linha de meu pay, ou māy, quia li-

nea est collectio personarum, & plarum graduum ab eodem, seu utroque stipite procedenti, L. stemmate ff. de gradib. cap. quod delecto de consang. Valenz. conf. 97. n. 92. Pascal. de virib. patr. potest. 4. p. cap. 9. n. 51. Gratian. forens. cap. 773. num. 1. Robles de repræf. lib. 4. cap. 4. num. 16. Castilh. lib. 5. cap. 93. n. 4. 1.

Atque ita dicitur de linea utriusque proximior ultimo possessori, & succedit in maioratu ex dictis à Bald. conf. 448. concessa est alicui vol. 3. Præt. de interpret. ult. vol. dub. 2. solut. 11. num. 52. & lib. 3 interpret. 3. resol. 11. num. 51. & 52. vers. nemo, & probatur per text. & gloss. in L. ex facto §. fin. verbo sua ff. ad Trebel. cap. 1. de natur. success. feud. Cœphal. conf. 313. num. 26. lib. 3. & rationem præstat Molin. de primog. lib. 3. cap. 9. num. 16. de qua re vide Surd. conf. 241. vol. 2. Bursat. conf. 228. num. 41. usque ad 44. vol. 3. Fusar. q. 484. num. 1. vers. & consulendo, Lara de annivers. lib. 2. cap. 2. numer. 19. Mier. de maior. 2. p. q. 7. n. 9. vers. & ex his.

Quæ dicta sunt, comprobantur etiam ex alternativa, de qua usus fuit institutor in verbis institutionis ibi: A o meu parente mais chegado da linha de meu pay, ou māy. Qui dicta alternativa resolvitur in copulativa, & non sufficit, quod prætendens sit de linea patris, sed requiritur, quod etiam sit proximior, quia non sufficit, quod verificetur in una parte, imo potius verificanda est in utraque, ut substitutio locum habeat, atque ita quod sit ab una linea, aut paterna, aut materna, & quod proximior existat, ut in simili alternativa tenet Cuman. in d. L. si is qui ducenta §. item si pater vers. intellectus Bart. ff. de reb. dub. Abb. in cap. inter cœeras, & ibi Felin. num. 16. de rescript. Cene 1. sing. 6. n. 19. Barb. dict. 46. num. 12. de qua re Castilh. d. cap. 67. num. 28. & mihi probatur ex optimo text. in L. Lucius Titius à 2. ff. de hæredib. instit. ubi invenitur alternativa hac forma: Si frater meus prior miretur, quam hereditatem meam adierit, aut filium, filiamve ex se natum, natam ve non habebit. Hæc alternativa stat conjunctivè, & copulativè, & ideo non admittitur ibi substitutus, nisi utrumque non sit factum, ut pulchre ait I. C. in verbis sequentibus: Quos eos amplius noluit hæredes esse, si frater prius, quam hereditatem adires, decessisset liberis relictis; nam prudens consilium testantis animadvertisit, non enim fratrem solum hæredem præsumit substitutis, sed & ejus liberos. Optimus text. in L. generaliter Cod. inst. & subst. ubi Alex. ius sum. sic loquitur: Quod substitutio, seu fideicommissum relictum per testatorē sub pluribus

Successione, & Erectione Maioratus, Cap. IX.

37

conditionibus alternativé positis, non habet effectum, nisi omnes existant, & sic in clausula conditionali favore liberorum alternativa ponitur pro copulativa. Et casus text. est optimus, quia proponit I. C. quod filio instituto, datus fuit substitutus sub his alternativis: Si intestatus, vel intestata, vel sine liberis, aut sine testamento, vel sine nuptijs deceperit. Et secundum has alternativas, non sufficit, quod una verificetur, ut habeat locum substitutio; sed requiritur, quod omnes verificantur, sicuti si copulativè positaे essent, ut patet ex verbis text. vers. si enim, comprobant Peregrin. de fideicommiss. art. 13. num. 34. vers. limitatur tamen, & vers. alternativa resolvitur in conjunctam, Trentacing. var. de subst. p. 1. cap. 17. num. 38. Tusc. tom. 2. lit. D. concl. 455. Cassanat. conf. 1. num. 8. vers. his non obstantibus cum numer. seqq. & ad alia Cassanat. conf. 4. num. 300. & conf. 51. numer. 30.

Et quando alternativa ponitur inter personas, resolvitur in conjunctam, ut ex text. in L. sepe ff. verbor. signif. Barb. dict. 46. n. 5. & etiam alternativa ex verisimili, & præsumpta mente disponentis resolvitur in conjunctam, ut probatur in L. si is qui ducenta §. item si pater ff. reb. dub. L. Lucius Titius 85. ff. de hæred. inst. sicuti in nostro casu, & terminis ex Trentacing. de subst. p. 1. cap. 17. num. 42.,

98 Eo maxime quando vocatio in una oratione continet consanguineum proximiorum, ex linea patris, aut matris, qui sunt substantiae regulati ab eodem verbo, ut patet ibi: Ao meu parente mais chegado da linh i de meu pay, ou māy. Ex quibus sequitur, quod implementum debet esse æquale, sicut comprehensio in utraque parte, quia consanguineus, & linea patris, aut matris æquiparantur, & uniuertur in contextu ejusdem orationis, L. ut tantum §. 1. ff. de serv. corrupt. L. si quis servo cum ibi notatis Cod. de furt. cum alijs Cassanat. conf. 2. num. 50. Surd. dec. 251. n. 3.

99 Et quando una determinatio respicit plura determinabilia, pariformiter debet ea determinare, L. nam hoc jure ff. vulgari, L. quamvis, L. hæreditatem Cod. de imp. cum alijs doctrinis, & quia qualitas verbum recipiens determinat uniformiter omnia, que ab eodem verbo reguntur, Bart. in L. Prætor §. eritque differentia int. u. 1. ff. vi honor. rapt. resolvit Aretin. conf. 1. num. 8. & 10. vers. ubi duæ res unitate sermonis copulatæ videntur unum corpus, Surd. dec. 88. n. 23. & 24.

100 Et quando vocatur consanguineus proximior, non solum comprehenditur legitimi-

mus, sed & naturales, L. ex facto §. si quis ro-gatus ff. ad Trebel. & ibi gloss. verb. deficiat, Fusar. q. 406. num. 1. & seqq. & in specie in vocatione conjunctorum, aut consanguineorum, ex Bart. Peregrin. de fideicommiss. art. 22. n. 89. cum multis Roxas de incomp. maior. p. 1. cap. 6. n. 106. & seqq. Azeved. conf. 24. dub. 3. num. 29. Add. ad Molin. de primog. lib. 3. cap 3. super num. 41. vers. 1. limita, Garcia de benef. 7. p. cap. 15. num. 53. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. n. 121.

Et etiam quando vocatur cum gravamine 101 nominis, & atmorum, quia cum filius naturalis gaudet de nobilitate patris, ex L. Cast. 1. tit. 11. part. 7. & ex nostra Ord. lib. 5. tit. 92. comprehenditur in dicta vocatione consanguinei proximioris, Cephal. conf. 59 1. numer. 13. Mantic. de conjectur. lib. 9. tit. 12. n. 20. in fin. Menoch. lib. 4. pres. 88. num. 14. Fusar. q. 361. n. 16.

Atque ita comprehenditur in nostro ca- 102 su, qui fuerit consanguineus proximior, tam ex linea patris, quam matris, & solum in æquali gradu preferendus venit, qui fuerit ex patre patris, dummodo veniat ex parte institutoris, & probet consanguinitatem, & vocationem, & comprehensionem in terminis casus sequentis.

No feito Civil de Joseph Gomes da Silva contra Isabel Barreta, & seus filhos, Escrivão Manoel Ferreira de Lemos, se deu a sentença seguinte.

Vistos os autos, libello dos AA. Sebastião da Cunha da Fonseca, & sua mulher D. Brites da Camera, contrariedade dos RR.o Doutor Gregorio Mascarenhas Homem, & sua mulher, mais artigos recebidos, prova dada, documentos juntos. Mostrase pediremos AA. aos RR. a Cappella, que Dona Felippa de Siqueira, mulher que foi de André de Sousa Chichorro, instituiu de seus bens em morgado, & Cappella, a saber de sessenta mil reis de juro, trinta & dous na Alfandega desta Cidade, & vinte & oito na dizima do pescado, & humas cazaes na Rua Direita das Portas de Santa Catherina, húa quinta na Granja de Alpriate, & dous Cazaes na Freguesia de Odivellas, chamando em primeiro lugar ao Doutor Luis Mendes Barreto, & seus descendentes, & que entrando neste morgado por falecer sem filhos, & descendentes legitimos, entraram sucessão sua sobrinha Dona Sebastiana da Camera, que foi cajada com o R. por falecimento da qual ficara elle em posse dos ditos bens, que elles AA. lhe pedem com as terças do dito Doutor Luis Mendes, & Dona Sebastiana da Camera, que tinham obrigaçāo vincular no dito morgado, conforme a

D

claus

Pars II.

Tractatus de Exclusione, Inclusione,

clausula da dita instituição: porém por parte dos RR. se mostra, que o morgado, & bens, que n'elle se vincularão, foi hum fideicomissso temporal, & nam perpetuo, & que com a morte da dita Dona Sebastiana da Camera, nam pode passar aos parentes mais chegados da dita ultima possuidora, por nam serem do sangue da instituidora Dona Felippa de Siqueira, porque destes só quiz que sucedesse na dita Cappella o dito Doutor Luis Mendes Barreto, filho de sua prima Dona Guimara, & que a este pedia ao dito seu marido, a quem havia deixado a dita fazenda, que lha deixasse por sua morte, & morrendo elle sem descendentes, hiria a sua irmã, porque a ambos nomeava por seus herdeiros, & successores dos ditos seus bens, porque dos mais parentes seus, nam tinha boa satisfaçam: de que se infere, que do dito Doutor, & sua irmã, filhos da dita Dona Guimara sua prima a tinha boa, & dos mais parentes não, & que por isso lhe deixava os ditos bens, com as quaes palavras foi visto excluir aos mais parentes seus, & assim nam era este morgado simplex, & absoleuto, nem de sua familia, por nam ser chamaada, mais que a dos descendentes dos dous filhos da dita Dona Guimara, nem a testadora teve respeito à conservação della, com que ficão os AA. excluidos de poderem pedir os ditos bens, por dizerem, que são de morgado perpétuo, sendo sómente fideicomissso temporal, que se extinguiu com as mortes do dito Doutor Luis Mendes, & sua irmã, por morrerem sans descendentes. O que visto, & como ainda que o dito morgado fosse perpétuo, nam podiaõ os AA. pedillo, por nam provarem, que tinham parentesco algum com a instituidora; posto que provem, que o tenhaõ com a ultima possuidora Dona Sebastiana da Camera, por ser necessaria obrigaçam, que a A. seja do sangue da dita instituidora, mais chegada à ultima possuidora, & pelo conseqüente deviam provar o grao em que ficava a A. com a dita instituidora, que nam provaõ. E como outrosim se mostra por parte dos RR. que ao tempo, que a testadora disse, que os successores de seus bens annexasssem a terça de seus bens, já tinham chamado aos mesmos successores, & já estava perfeita a successão, & vocaçam, como se vê fol. 220. in fin. & vers. de que resulta, que a dita clausula de annexaçam das terças importa modo, & nam condiçam, termos em que nam tem lugar a dita annexaçam das terças, por se acquirir o dominio dos ditos bens aos ditzos successores, por ser a disposição a principio pura, & se acquirem com ella também os fructos, como que nam se comprindo o modo, se nam deve restituir os fructos, & pelo conseqüente se

segue, que os AA. de nenhua maneira, tem auçaõ para pedirem os ditos bens, nem o que mais deduzem em seu libello, & o mais dos autos: absolvo aos RR. do pedido pelos AA. & os condeno nas custas dos autos: & no que toca a Jorge Pacheco, nambé que deferir, por estar deferido em ouros autos. Lisboa 2. de Março de 1650. Ambrofio de Siqueira.

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatum. Vbi fuit confirmata. Iudices: Leyte. Doctor Basto. Sylva, & Sousa.

Et fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Circa duo versabitur inspectio nostra, quę paucis absolvā, de more meo, licet multa hinc inde cumulent patroni, an scilicet ex dispositione, de qua in testamento fol. 219. vers. & 220. inducatur fideicommissum perpétuum, vel solum tempore restrictum ad personas vocatorum, & casu quo sit perpétuum, devoluta sit successio Actrici post mortem ultimi possessoris.

Quoad primum agnosco, quod ad inducendum maioratum, non est opus, ut instituens id exprimat, satis enim est, ut ex clausulis, & conjecturis inducatur, dummodo perpetuitatem denotent, & sint apta ad fideicommissum perpétuum constituendum, Molin. de primog. lib. 1. cap. 5. Pelaes eodem tract. q. 5. Menoch. de arbitr. cas. 496. num. 9. Reynos. observ. 68. num. 25. Idque illa juridica fulcit ratione, secundum quam expressum non solum dicitur illud, quod verbis exprimitur, sed etiam quod ex conjecturata mente disponentis colligi potest, Gloss. verbo expresse in L. prætor ait §. 1. ff. nov. oper. nunt. Mantic. de conjectur. lib. 6. tit. 1. num. 8. & lib. 8. tit. 1. num. 22. & 23. Peregrin. de fideicommiss. art. 11. num. 39. Cevalh. com. contra com. q. 501. n. 7. & 8.

Verum quoad presens cum solutio, & resolutioni hujus dubij sit petenda à voluntate disponentis, & formalitate dispositionis testatrixis, cui libera erat facultas, ut admittaret, vel repelleret, quos successores voluisse, & apponere quascunque clausulas, dummodo non essent à jure improbatæ, Menoch. cons. 57. num. 5. & cons. 169. num. 5. & lib. 4. de presumt. presumt. 83. numer. 13. Valasc. cons. 153. num. 23. Gutierr. cons. 1. numer. 1. Video vocationem restrictam ad personam clarissimi Palatini Senatoris Ludovici Mendes Barreto, & in illius defectum ad personam sororis suæ Dominæ Marizæ, & non ultra progreditur vocatio, quæ secundum commune nostratum placitum primo loco est inspicienda, & secundum illius terminos regulanda

Successione, & Erectione Majoratus, Cap. IX.

39

gulanda successio, *Menoch. cons.* 172. n. 34. lib. 2. *Surd. cons.* 125. num. 16. *Mantic. de conjectur. lib. 2. tit. fin. num. 18. Molin. lib. 1. cap. 4. num. 33. Castilh. lib. 5. cap. 93. numer. 17. Larrea decis. 33. num. 42.* Cæteros autem consanguineos testatrix exclusit, exprimens solum in vocatis memoriam suam cōservandam esse, quare licet majoratus ad perpetuitatem memoriae institutorum sint inventi, *Reynos. observ. 33. num. 6. Molin. lib. 1. cap. 11. num. 3. Cald. de renovat. q. 16. num. 26. Pinel. L. 1. p. num. 99. Cod. de bon. mat. Ord. supra §. 5.* Sequitur quod in maioratu, de quo agitur, secundum formam ab instituente præscriptam solum per vocatos, non autem per exclusos memoriam conservari dicere teneamus, & temporale, non autem perpetuum fideicommissum inductum esse restrictum ad personas vocatorum, prout testatrix disposuit: confirmatur ex eo, quia testatrix excludendo consanguineos videtur excludere illorum descendentes, præcipue, si exclusio fiat ex causa, de qua in præsenti expressit, *Pereir. à Castro decis. 8. num. 9. Larrea dec. 51. num. 12. Castilh. tom. 6. cap. 187. num. 10.* nisi alias ex propria persona succedere intendant non ex textu dirivato à consanguineis exclusis, *Molin. lib. 3. cap. 5. num. 42. Larrea decis. 34. n. 60. Cyriac. contr. 206. n. 42.*

108 Quoad secundum etiam si daremus, quod dispositio, de qua est sermo, continebat majoratum cum perpetuitate, & fideicommissum perpetuum, adhuc Actrix repellenda erat, nam secundum communissimam opinionem, ad hoc ut majoratus devolvatur ad proximorem consanguineum ultimi possessoris, debet probare, quod habet consanguinitatem cum instituente, alijs excluditur à successione, *Gam. decis. 7. 206. 259. 257. Cald. forens. q. 19. & cons. 27. Valasc. cons. 121. Molin. lib. 3. cap. 9. à num. 12. Pereir. à Castro. decis. 5. 8. & 48. Gratian. tom. 3. cap. 493. Ord. Reg. lib. 4. tit. 100. §. 2.* In hoc requisito probando deficit Actrix, involutis enim inquisitionibus à fol. 174. & 181. nullus reperitur testis, qui de hac consanguinitate deponat, & manet Actrix ex hoc capite omni jure destituta; quare non est cur de defensione Reorum agamus, non enim est necesse inquirere de jure possessoris, nisi prius de jure petitoris appareat, ut dictant satis nota juris principia, & quia (ni fallor) sumus in re parum dubia, quia non probatur consanguinitas, non immoror, prout est moris mei, alia continentur in peroratione fol. 242. & 243.

109 Unde quoad præsens onus perpetuo impletendum, & clausula ibi: *Sempre esta fazenda andará junta em hum só herdeiro: solum-*
Pars II.

modo operandur, ut bona maneat in indivisiabilia, & solam quo ad estimationem dividit possint in terminis, de quibus I. C. in L. nihil proponi ff. de legat. 1. L. fundi trebaciani ff. de usufruct. legat. *Valasc. cons. 82. Gam. decis. 30. Lara de annivers. lib. 1. cap. 2.* quidquid dicat in contrarium *Reynos. observ. 69.*

110 Membro etiam quod predictus Senator Palatinus, & ipsius soror fuerunt vocati sub conditione nubendi cum certis personis, quæ quidem conditio admittitur in jure nostro, & illa deficiente non potest vocatus lucrum capere, *L. Titia §. 1. ff. de condit. & demonstr. L. cum ita legitum vers. si. Tilio ff. eodem L. 1. Cod. de inst. & substit. Barb. L. 1. 4. p. num. 87. vers. & confirmatur ff. soluti matr. *Sanch. de matr. lib. 1. disput. 33. num. 6. Pelaes 1. p. q. 50. num. 4. Mantic. de conject. lib. 11. tit. 18. num. 1. Gratian. forens. discept. tom 2. cap. 209. n. 24.**

Licet enim in maioratum successionibus rejicitur conditio non nubendi, nisi ad beneplacitum alicuius personæ, quasi matrimonij impeditiva, *Molin. de primog. lib. 2. cap. 13. num. 35. vers. in primo casu. Cabed. 2. p. decif. 31. num. 4. Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. gloss. 3. p. 5. num. 13. Castilh. lib. 5. contr. cap. 126. num. 3. & 5. vers. ex his dilucide; etiam si consensus patris, vel matris uxorandi requiratur; quidquid de hoc dubitet Pelaes de maiorat. 1. p. q. 50. num. 8. intelligens contrarium Republicæ expedire. Tamen quando conditio ita apponitur, ut nubat certis personis, tantum abest, quod impediatur matrimonium, ut spe illius lucri consequendi ad matrimonium invitatur, *Sanch. dict. disput. 33. n. 6. Cancer. var. tom. 3. cap. 7. n. 295.**

111 Paret autem primum vocatum in celibatu deceisisse, & uxoratum nunquam fuisse, de matrimonio aut contracto à sorore illius non edocemur, ergo nullum jus mansit radicatum in persona vocatorum, quod possent ad proximiores consanguineos transferre, ac per consequens extinctum est fideicommissum; si quidem solum in vocatis voluit testatrix memoriam suam conservare, ut consideratum manet: ex quibus, & alijs, quæ habentur in perorationibus à fol. 341. & à fol. 405. meritissimi Prætoris, qui ad meliora translatus est, sententiam confirmare placet, non obstante confessione fol. 152. errore juris facta, quæ confitentibus nocere non potest, ut ostenditur per patronum fol. 409. & non solum potest à confitenti retractari, sed ab haeredibus, *Surd. decis. 130. num. 1. Gratian. tom. 3. forens. cap. 501. num. 28. & error hinc sit juris, sive facti, *Mascard. conclus. 378. n. 2.**

& sive sit judicialis, sive extrajudicialis, *Guerr. de jurament. confirmat. 3. p. cap. 8. n. 1.* Nec praedicta confessio poterat capacitare *Aetrem ad successionem maioratus, à quo ex fundamento supra relato secundum debille judicium meum excludenda est.* Lisboa 26. de Iunho de 1661. Doctor Basto.

113 Suppositione admissa, quod in successione maioratum totum faciat institutoris voluntas, illaque lex sit servanda ad sedandas, & judicandas inter oppositores controversias, ut insinuatè *Sanctio nostra lib. 4. tit. 100. §. 3.* de qua *Cabed. decis. 121. num. 2. tit. 1. Gam. decis. 7. num. 3.* diximus tam in deliberatione nostra 29. n. 2. & illa sit primo loco inspicienda, ut secundum ejus dispositio-nes, vel terminos, successio reguletur, *Surd. cons. 25. num. 16. Mantic. de conjectur. lib. 2. tit. fin. num. 18. Molin. lib. 1. cap. 4. num. 33. Menoch. lib. 2. cons. 172. num. 34. Castilh. lib. 5. cap. 93. num. 17. Larrea decis. 33. num. 42.* Dumnodo sit legitima, & intra Legis Cancellos contenta, ut advertit præcedens Dominus, à prædictæ voluntatis formalitate petenda est resolutio, an in terminis præsentis inspectionis fideicommissum sit temporale, vel perpetuum. Et præsupposito etiam quod ad fideicommissum perpetuum inducendum, sufficiat, & satis sit voluntas conjecturata, ut tenet constanter cōmunis nostrorum sententia, & ultra relatos per præcedentem Dominum sapientissimum, testatur *Azeved. cons. 2. num. 54. Castilh. contr. lib. 4. cap. 9. n. 69. p. 4.* cum multis *Giurb. de feud. cap. 118. §. 1. gloss. 8. n. 22.* Oportet priusquam ad deliberationem accedamus, quod verba, & mentem testatricis ponderemus, hæc autem sic se habent in testamento fol. 217. vers. *Eu nam tenho herdeiro forçoso, posso deixar livremente o meu, a quem quizer.* Et fol. 218. maritum hæredem, & successorem facit ibi: *A quem deixo por meu testamenteiro, & herdeiro, com as condições ao diante declaradas, &c.* Et fol. 219. vers. *O meu dote fique junto, & inteiro ao meu herdeiro, que de presente serão o Senhor André de Sousa meu marido, & comerão os usos, & fructos delle em quanto vivo for, & a fazenda de raiz, nam serão nunca vendida; que saõ, &c.* Et fol. 220. ad fin. *Ficarão o dito juro livre ao que meu herdeiro for, que hoje estou com pouca satisfaçam delles: & somente a tenho de Luis Mendes Barreto, filho de minha prima Dona Guimar, a este peço a André de Sousa, deixe por seu falecimento a fazenda de raiz, que atraç, nomeo, & o case com Dona Leonor de Sá sua filha, para que em ambos fique a mi-
sma memoria, porque creyo ficarão em lugar*

de meus filhos; & se por algua via nam tiver efecto este casamento da filha de André de Sousa com o sobrinho, que nomeo, que he Luis Mendes Barreto, folgarei, que Dona Maria sua irmã, filha de minha mesma prima, case com Jeronymo de Sousa, &c. & ambos serão meus herdeiros, com as condições, &c.

114 Ecce dispositionis forma in qua fol. 218. habemus onus missarum, quæ jubentur in perpetuum celebrari, habemus etiam fol. 219. vers. prohibitionem alienationis horum bonorum, quæ sub vinculo fuere relictæ: habemus denique fol. 220. varios gradus substitutionis: vocat enim testatrix maritum, consobrinum, & consobrinam, ut in eis memoriam suam conservet, & tot sunt substitutiones, quot sunt personæ nominatae, ut per Molin. de primog. lib. 4. cap. fin. num. 48. *Castilh. contr. lib. 5. cap. 89. num. 132.* per text. quem dicit expressum in L. quoties Cod. de donat. quæ sub modo.

115 Et licet onus missarum per se non sufficiat, ut maioratum constituant, ut mihi probat text. in L. nihil proponi, ibi, *Salva causa legati ff. de legat. 1. Cald. forens. 1. cap. 23. num. 96. Reynos. observ. 68. Pereir. decis. 53. Mitate disquisit. 12. num. 8. & disquisit. 41. n. 35. quidquid Felicianus Oldradus, & alij relat. per Castilh. lib. 5. de conjectur. ult. volunt. cap. 93. §. 11. num. 5. 6. & 7. Si aliæ cum prædicta conjectura concurrant, solent plures simul junctæ afficer, id quod una per se sumpta non facit, in terminis tenet Giurb. de success. feud. cap. 118. §. 1. gloss. 8. num. 36. per text. in L. 2. §. 1. ff. excusat. tnt. L. instrumenta ubi gloss. Cod. de probat. Unde tenent nostri, quod si cum missarum onere, aut anniversarij aliæ circunstantiæ, vel conjecturæ concurrant, quæ maioratum suadeant, maioratus, seu fideicommissum perpetuum censebitur institutum, *Petr. Salas. de usu, & consuet. cap. 12. n. 43. Avend. in L. 40. Taur. gloss. 2. ex num. 62. & num. 69. & in L. 41. gloss. 2. num. 12. Alvarad. de conjectur. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. §. 3. ex num. 11. & lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 27. & §. 2. num. 42. Mena at decis. Gam. 30. & 287. & 224. alias 225. & in suo lib. var. quest. lib. 1. cap. 16. Rodrig. de ann. redd. lib. 2. q. 9. num. 65. col. fin. Felician. de Solis in addition. ad cap. 3. lib. 2. numer. 19. Lara de cappellan. lib. 1. cap. 4. per tot. Valas. consult. 82. num. 7. Phab. 2. p. decis. 133. num. 47. Castilh. quotid. lib. 4. cap. 9 num. 9. & licet expresse à testatore dictum non sit, quod primogenituram velit constituere, conjecturæ tamen sufficient, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 5. Fusar. de fideicomiss. q. 384. num. 1. Menoch. cons. 713. num. 7. & cons. 803. n. 2. & cons.***

Successione, & Erectione Majoratus, Cap. IX.

41

& conf. 915. num. 3. & conf. 1023. num. 6. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 67. num. 2. Castilb. quotid. jur. lib. 4. cap. 9. num. 69. Giurb. qui hos, & alios refert, de feud. cap. 118. §. 1. gloss. 8. n. 22.

116 Cum ergo in terminis præsentis dispositionis ultra onus missarum impositum concurrant variæ vocationes per institutricem factæ, de marito scilicet, consobrino, & consobrina, tractu successivo vocatis, & hec sit potentissima conjectura, ut per Fusar. dict. 9. 384. num. 7. Molin. lib. 1. cap. 5. num. 18. & 21. Menoch. conf. 908. num. 44. Concurrat etiam intentio disponentis ad memoriam suam conservandam, quæ est fortior conjectura primogenituræ instituendæ, ut tenet Molin. lib. 1. cap. 11. num. 3. & cap. 13. num. 91. & lib. 2. cap. 14. num. 46. alter Molin. de just. tom. 3. disput. 581. in princip. & disput. 362. num. 4. Mier. de maiorat. p. 2. q. 3. n. 18. quos refert, & sequitur Castilb. contr. lib. 3. cap. 12. num. 58. & cum vellet testatrix, ut bona in perpetuo maneant inalienabilia, & in uno successore perpetuentur, quæ conditio est de natura intrinseca maioratus, ut tenet Menoch. conf. 713. à num. 1. Molin. lib. 1. cap. 5. à num. 35. Fusar. dict. q. 384. n. 2. Surd. conf. 375. num. 16. relati, & sequuti per Giurb. de feud. cap. 118. §. 1. gloss. 8. numer. 28. Non percipio, quo jure, quæ ratione possum dicere fideicommissum fuisse temporale, & non perpetuum.

117 Accedit in confirmationem clausula illa, qua testatrix iussit, ut possessor prædictorum bonorum esset obligatus, tertiam tertiae adjunctam relinquere, & vinculo supponere, ex qua dispositione evidenter percipitur testatrix voluntas conservandæ memorie suę cum divitijs, & splendore, sine quibus obscura sit, & vilescit, ut notant nostri per text. in L. quisquis Cod. ad L. Iuliam Majest. optimæ Reynos. observ. 53 num. 27. Sanctio lib. 4. tit. 100. §. 5.

118 Verum quia in jure nostro, & apud nos nil pacificum est, nec aliquid ita certe definitum, ut suas contradictiones non habeat, adhuc in terminis, in quibus sumus, nostri erit contrarijs satisfacere. Dicunt primo: testatrixem de perpetua primogenitura non cogitasse, nam ut ex dispositione percipitur, vocationem successorum ad certas personas restrinxit, & hoc fundamento movetur Collega meus literatissimus, & in juris nostri resolutionibus longe versatus, & stat pro hac parte text. in L. qui solidum §. prædictum ff. de legat. 2. Ubi pater reliquit filijs suis prædiū jure fideicommissi, & ejus alienationem extra familiam prohibuit, & dicit Iure-

Pars II.

Consultus, quod non obstante fideicommisso, & alienationis prohibitione, supremus ex liberis, cui factum fuit fideicommissum, & alienatio inhibita, poterit in eo instituere hæredem etiam extraneum, ad idem etiam est text. in L. cum pater §. libertis in fin. ff. de legat. 2. L. per filiam §. fun. tum Titianum ff. de legat. 3. stat secundo pro hac parte text. in Auth. de fideicommiss. §. nos igitur collat. 9. Ex quo communiter adnotare solent Doctores prohibitionem alienationis extendi non posse ultra personas nominatas, & cum multis ita tenet Gom. in L. 40. Taur. num. 64. in princip. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 11. & 112.

At vero dum amantissimus Collega ex vocatorum expressione alterius consanguinei cuiuscunque præsupponit exclusionem, minus & quæ videtur sentire: nam ista mens exclusiva tacite interpretata altero de tribus modis cognoscitur, ut acutissime considerat Castilb. contr. lib. 4. cap. 7. num. 18. Primo quando tacitum venit in consequentiam expressi. Secundo quando tacitum ex natura actus pro espresso est. Tertio quando cognoscitur mens tacita ex conjecturis, & præsumptionibus: & si bene præsens inspectio attendatur ex vocatione nominatorum, veniet in consequentiam, quod excludantur alteri ad tempus, nam ratione expressæ nominationis veniunt nominati præferendi, ex text. in L. omnia §. in fideicommissis ff. de legat. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 33. Fusar. de subdit. q. 259. num. 1. alias 7. & aliquando accedit testatorem, & institutorem velle ulteriores anterioribus anteferre, ut dicit bene Fulgos. conf. 85. num. 3. vers. Cæterum, Mant. lib. 8. conject. cap. 18. num. 49. Castilb. lib. 5. contr. cap. 93. num. 17. Sed non venit in consequentiam ex prælatione unius perpetua exclusio alterius, nec etiam ex natura actus institutionis maioratus exclusio aliquorum veniet, nam ea sunt exclusa, quæ cum actus formalitate, & natura, non sunt compatibilia, ut in exemplis, de quibus text. in L. interdum 33. ff. de verbor. obligat. Minus denique possumus dicere Actores excludendos ex testatrixis conjecturis, & mente, nam conjecturæ fortiores stant pro maioratus institutione; habemus namque prohibitionem alienandi, per quam Actores autem maioratum institui, ut per Molin. 1. cap. 5. num. 7. Castilb. lib. 5. cap. 93. §. 2. n. 27. & §. 6. à num. 6. habemus testatrixem volentem memoriam sui conservare, quæ clausula inducit perpetuum vinculum, ut per Rot. Rom. tit. 1. decis. 44. num. 1. idem Castilb. dict. cap. 93. §. 6. num. 23. & 24. habemus perpetuam

D iiiij evitatem.

tuitatem, ibi : *De semper est a fazenda andar, &c.* quæ est inductiva vinculi, *Molin.* dicit. cap. 5. num. 33. *Castilb.* proxime §. 4. num. 2. habemus dispositionem, ut in uno conservent bona, & succedit expressa, & elegans *Castilb.* doctrina dicit cap. 93. §. 4. ibi : *Et id ipsum dicendum esset, si factis aliquibus vocationibus testator diceret, quod bona semper sint in uno solo possessore :* cui sententiae accedit *Flores* q. 18. num. 38. habemus determinationem, & dispositionem expressam, quæ possessoribus gravamen imponit annexandi tertiam tertiae, quæ tendit ad perpetuandam in augmento bonorum maioratus memoriam, ut per *Castilb.* qui plures dicit. cap. 93. num. 2. & num. 14. & habemus denique misericordum onus, de quo jam supra diximus, quibus omnibus affermatim confluentibus, faver, & optime verba *Castilb.* lib. 5. cap. 99. in princ. vers. rursus, qui ait, in omissis vero ex verosimili, & presumpta voluntate, mentisque conjectura reductiones, & suppletiones fieri posse, cum in contrarium non adsit perpetua, & expressa exclusio, adsitque voluntas expressa maioratus instituendi, &c.

Nec quæ in contrarium adduxinius, nobiscum pugnant, procedunt in suo casu, quando sine consideratione ad maioratum instituendum certæ personæ nominantur, non ita in casu præsenti, ubi institutrix de memoria sui conservanda agit, & quis dicebat, quod si ipsa cogitasset bona sua ad extra-neos ventura, memoriaque sua extingueda fore, non ægre ferret? Imo potius in eo cō-placeret: quod ergo testatrix dictura, hoc debemus amplecti, ac si ipsa expressum reliquisset, acutatè *Castilb.* lib. 5. cap. 99. numer. 9. qui in fortioribus terminis data expressa exclusione, nostram sententiam tenet.

120 Accedit, quod per duplēm successionem hæc fuere indivisa bona, longoque cursu quadraginta fere annorum possessa, tanquam maioratui vinculata: talis eorum præsumenda est natura: ita resolvit *Valasc. consult.* 111. num. 8. & 132. num. 18. *Reynos. observ.* 22. n. 21. *Pereir. decis.* 52. num. 13. *Gam. decis.* 215. num. 61. *Flores ad ipsum Castilb. dict. lib.* 5. cap. 93. §. 8. à num. 10. cum seqq. Et rei originarij ita recognoverunt, signis suis recognitionem approbantes, ut videre est fol. 152. in princip. ubi se obtulere, bona demittere, nonnulla parte solummodo retenta, de qua dicemus infra.

121 Sic probata maioratus institutione, non est cur expellamus Aëtricem, pro qua pugnat *Ord. nostra lib.* 4. tit. 100. §. 2. quæ est Iuri Civili conformis in admittendo proximogem ultimo possessori, *L. cum ita §. fideicom-*

misso, L. peto §. fratre ff. de legat. 2. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 47 & lib. 3. cap. 9. à num. 12. *Cald. forens.* q. 19. & cons. 27. *Gam. decis.* 7. & 206. & 259. & 357. *Valasc. cons.* 121. *Gratian. forens.* tom. 3. cap. 493. *Pereir. de Castr. decis.* 5. 8. & 48. *Castilb.* lib. 3. contr. cap. 15 num. 50. & 51. Et sicut bene considerat præcedens dominus, oporteat consanguinitatem cum instituente probare, in hoc salutari Aëtrix, meo videri, non defecit, probat namque filium esse Paulæ da Camera, neptem Dominici Alvarez da Camera, & Dominam Sebastianam ultimam possessorem maioratus, uxoremque Rei originarij filiam fuisse Didaci Alvarez da Camera, & neptem ejusdem Dominici, & uxoris suæ Elisabethæ de Figueiredo, ut videre est per testes fol. 189. vers. usque ad fol. 201. quæ probatio juvatur ex instrumento fol. 234. & ex certitudine fol. 241. vers.

122 Ille autem Dominicus Alvarez da Camera communis avus, tam Aëtricis, quam ultimæ possessoris, erat frater Dominae Guimar de Castelbranco, matris præclarissimi Senatoris Ludovici Mendes Barreto, qui habebat Aëtricem, & ultimam possidentem in loco consobrinę: unam, nempe, Aëtricem tanquam filiam Paulæ da Camera, alteram tanquam filiam Didaci Alvarez da Camera, qui erant prædicti Senatores patruelis: quia Domina Guimar de Castelbranco ejus mater, & Dominicus Alvarez da Camera, à quo Paula, & Didacus geniti sunt, erant fratres, ut per testes fol. 190. usque ad fol. 200.

123 Quamvis ergo nobis constat de 'vocatione Ludovici sub nominatione filij Guimar patruelis institutricis, eandem sanguinis conjunctionem probatam habemus in Dominico Alvarez da Camera, fratre ejusdem Guimar, & avo Aëtricis, & ultimæ possessoris; nec inconvenit in terminis præsentis inspectionis, quod testes non descendissent ad specificationem gradus consanguinitatis, quia quando non controvertitur cum alijs consanguineis, imo cum extraneis agitur, sufficit, quod Aëtrix se consanguineam testatricis instituentis probet, ut post *Menoch. conf.* 816. num. 52. & seq. probat *Phæb. 2. p. decis.* 154. n. 3.

124 Probata sic institutione maioratus, & probata etiam consanguinitate, & proximitate Aëtricis cum ultima possidente, restat agere de bonis vinculatis, & in libello petitatis, & breviter me expediam quoad hæc, ne amantissimis Collegis fastidiosa appareat deliberatio nostra.

125 Quoad tertiam tertiae indubitate teneo, & primum vocatum Ludovicum, & Domi-

nam

Successione, & Erectione Majoratus, Cap. IX.

43

nam Sebastianam teneri adimplere testatrixis dispositionem, ex his quæ Pereir. decis. 48. num. 13. & melius Phæb. 2. p. decis. 212. num. 24. per text. in L. Imperator §. si centum vers. enim vero ff. de legat. 2. & licet quis non possit gravari ultra quod honoratur, ex regula L. 1. §. si is, qui quadraginta ff. ad Trebellian. L. urum ex familia §. si fundum ff. de legat. 2. L. filius famili. 118. §. ut quis heredem ff. de legat. 1. Pelaes de maiorat. 1. p. q. 55. num. 71. Fontanel. decis. 467. num. 13. Tamen acceptando supradicti vocati maioratum, & possidendo vīsi sunt gravamini se subdere: ut in filijs tenet Phæb. dict. num. 24. vers. quod procedit: quidquid sit quando quis filius conditioni, quæ illum in legitima gravat, acquiescere renuit, de quo late Castilh. contr. lib. 5. cap. 64. fere per totum: ad ea autem, quæ in contrarium opponuntur, satisfacit Patronus fol. 228. respectu duorum casalium, de quibus institutrix, in uno tantum restituendo Reum condemnarem: vero enim vero exactibus nobis non constat duo possedisse: de restitutione ædium, non est ambigendum, cum sint maioratus, de quo fol. 252. & in eis nostra institutrix successit: circa redditibus à solutione reddituum non bene se excusat Reus prætextu transactionis factæ cum Ioanne Botelho de Siqueira, quia erat lis jam mota fol. 3. quando fuit prædicta transaction facta fol. 224. & præsumi fraudulenta, & in gratiam potentioris facta, qui voluit mutare possessionis causam contra regulam L. cum nemo Cod. acquirend. possess. ut sic fraudem faceret sententiae restitutionis, & cum sit nova causa fraude effecte, & dolosæ, non operatur effectum, ex his quæ insignis Praeceptor Barbos. in L. 2. num. 275. vers. quod hac causa Cod. præscript. 30. Maior contentio foret circa Villam da Granja de Alpria te, non ex eo quod dubitati juris sit, an emphyteusis ad vitas possit maioratu annexi inconsulto domino directo; quia in hoc dubio negativa pars verior, & receptior est, & pro illa judicavit se vel, ac iterum præclarissimus Senatus noster: ut testatur Gam. decis. 70. decis. 218. num. 2. & 10. & decis. 214. Phæb. 1. p. decis. 5. num. 4. Molin. de just. disput. 608. num. 3. Sed quia in terminis præsentis inspectionis, nobis de natura bonorum prædictæ Villæ satis non constat: at cum Reus in possessione prædictæ Villæ non sit, & inter alias partes pendeat causa, super hoc, deliberatio nostra sileat. Sic meretissimi Præsidis Curiæ sententia revocata. Lisboa 26. de Iulho de 1661. Silva & Sousa.

126 Mibi autem diversum judicium est, non quod dubitem, bona in controversiam dedu-

cta, sufficienti maioratus vinculo subjecta proponi, ex urgentibus conjecturis desumptis ab ultimo elogio à fol. 217. vers. quas sigillatim, & accuratè de more percurrit præcedens eruditissimus Dominus, & plane factentur id Rei in limine defensionis suæ fol. 152. nec alijs videbatur opus hic, sed potius ex eo nimirum, quoniam ratio illa aversio nis erga non bene merentes consanguineos à testatrix ex ensa in dicto testamento fol. 220. in fin. utique ligasse AA. videtur eorum descendentes, ut eleganter pro sequitur additus Surd. videndus decis. 4. maxime n. 8. ex quibus cum primo peritissimo Domino, cuncta rimante, in pronunciati confirmationem potius propenderem. Vlyssipone Augusti 12 de 1661. Leyte.

Maxime si possessor, aut antecessor avul sit folium institutionis, & mutavit vocatio nes, se, & filios suos vocando, & includendo, quia tunc consanguineus institutoris includitur, & probata mutatione, & consanguinitate excludit possessorem, & censetur vocatus ratione sanguinis, & affectionis consanguinitatis, ut judicatum fuit me patrocinante in causa seq.

No feito de agravo ordinario de Tristão Guedes de Queirós com Antonio Correa da Silva, Escrivão Antonio Tavares, no Juizo dos Aggravos, se deu a sentença seguinte.

Visllos estes autos, libello do A. Antonio Correa da Silva, como administrador da pessoa, & bens de seu filho Antonio Correa da Silva fol. 2. contrariedade do R. Tristão Guedes de Queirós fol. 33. artigos do oppONENTE Joseph Pereira de Veras fol. 86. que o A. os contrariou fol. 9. & o R. fol. 97. vers. mais artigos recebidos, prova dada por estas partes. Mostrase pela do A. que no testamento, com que faleceu Antonio Simoens fol. 17. tomou sua terça em humas atafonas, que tinha dentro das Portas da Mouraria, & o mais em as casas da Calsada do Congo, & as vinculava à sua Cappella, deixando sua mulher por sua herdeira, com obrigaçao de huma Missa rezada em cada semana sua Ermida da Ascenção junto ás ditas casas da Calsada do Congo, & que a dita sua mulher nomearia a dita Cappella, que assim instituiria, em hum de seus filhos, qual quizer, & mais obediente lhe for, & sempre andaria em hum filho macho, em falta em femea, & tornaria a macho, tanto que o ouvesse, com a dita obrigaçao da missa cada semana, & que ella sua mulher, por sua morte, queira acrescentar outra pessa à dita Cappella de sua terça, & que a dita Luiza Mendes, mulher do dito Antonio Simoens, fizera o seu testamento, & nelle instituirapor sua

D. iiii herz

herdeira de sua terça a sua filha Maria fol. 24. vers. com obrigação de huma missa rezada em cada semana, & que estará sempre annexa a esta obrigação, & senam poderá vender, ou alhear sem este encargo: & que por morte da dita Luiza Mendes, & de Maria sua filha, succederá nas ditas Cappellas Catherina de Jesus, irmã da dita Maria, & filha dos instituidores, & que déra conta do testamento da dita sua māy fol. 313. que depois se chamou Dona Catherina de Pina, & fora casada com o Doutor André Valente, que fora Vereador da Camera desta Cidade, & que por della nam ter filhos, a instituiu por sua herdeira no testamento fol. 37. vers. & que a dita Dona Catherina no seu testamento fol. 51. vers. & o proprio está fol. 349. ordenou, que nas suas casas da Calsada do Congo, junto à sua Ermida, se fizesse hum Convento de Carmelitas Descalças, avendose licença de Sua Magestade dentro de hum anno, em falta da licença fez huma Cappella, a que chamou obra pia, instituindo por sua herdeira sua alma, & que avinculou todos os seus bens com obrigação de nella haver cinco Cappellaens, com missas quotidianas na dita sua Ermida, & mais legados declarados no dito seu testamento, & em primeiro lugar nomeará ao Doutor Bartholomeu Gonsalves de Castello Branco por administrador, por ser parente do dito seu marido. Mostrase mais por parte do A. de sua inquirição a fol. 135 & 146. & documentos 167. & 294. que era vontade da dita Dona Catherina, que por falecimento do dito Bartholomeu Gonsalves de Castello Branco, sucedesse na administração da dita Cappella, & obra pia o parente mais chegado della instituidora, por o dito Bartholomeu Gonsalves ser estranho, & nam ser de sua geração, a qual se valera do Padre Diogo de Areada da Companhia de Jesus, para que nomeasse em segundo lugar a seu filho Rodrigo, como fizera, por morte do qual, sucedesse o parente mais chegado della instituidora, & que assim se escrevera no seu testamento, & que ao fazer do dito testamento assinaria o dito Padre Diogo de Areada, & o escrevera Pedro Alvarez Moreira, amigo do dito Bartholomeu Gonsalves, o qual era orgulhoso, & de nam boa consciencia, & capaz para qualquer falsidade, & que sendo feito o dito testamento, & metendo a dita Dona Catherina testadora debaixo de sua cabeceira, o dito Bartholomeu Gonsalves, pay do R. fora á casa onde a testadora estava na sua cama, para haver á sua mão o dito testamento, & que Antonia de Moraes sua criada, ut fol. 143. vers. que estava junto da testadora, lhe perguntara o que buscava, elle diffira, que o te-

stamento, & o pedira, & ella lho dera, & que depois do dito Bartholomeu Gonsalves o ter na sua mão, se fechára em huma casa com o dito Pedro Alvarez Moreira, a quem prometera cinqüenta mil reis, por tirar a primeira meia folha do dito testamento, em cujo lugar puzera outra da mesma letra, por ser o que o havia escrito, & na segunda lauda acrescentara a vogação, chamando todos os descendentes do dito Bartholomeu Gonsalves, & que em falta delles, sucedesse o seu parente mais chegado, ut fol. 349. vers. E que por falecimento da dita Dona Catherina entrara na posse da dita Cappella, que instituiu a dita Dona Catherina, & o dito Bartholomeu Gonsalves, & juntamente no dos pays da dita Dona Catherina, Antonio Simoens, & Luiza Mendes pela nomeação, que nelle fez a dita Dona Catherina, nam sendo da geração. Mostrase mais por parte do A. que he o parente mais chegado da dita Dona Catherina, a qual nam tinha factuldade para nomear no pay do R. as ditas Cappellas, que seus pays havião instituido, por ser estranho, & que tambem lhe pertence a elle A. a terça, Cappella que a dita Dona Catherina instituiu, por haver chamado por falecimento do pay do R. & de seu meio irmão Rodrigo, & o parente mais chegado, que he elle A. porque mostra na dita sua inquirição, que he filho legitimo de Francisco Correa da Silva, & de sua mulher Dona Anna da Gama, neto de Magdalena Gomes da Gama, & que desconde de Pedro Gonsalves, pay, & sogro do dito Antonio Simoens, & Luiza Mendes, primeiros fundadores da dita Ermida da Ascenção, ut na arvore fol. 411. & que a dita Magdalena da Gama, avó delle A. era prima com irmã da dita Dona Catherina de Pina, ambas filhas de duas irmãs, que procederão do dito Pedro Gonsalves, ut testis fol. 135. 141. & 152. & seqq. Mostrase mais por parte do A. que ao tempo, que o R. poz na mão do Escrivão destes autos, o dito testamento da dita Dona Catherina, estava já desapegada a primeira meia folha, que respondia à quarta, & ultima, em que está a approvação, como certificafol. 189. & que dos exames que no dito testamento se fizerão fol. 72. & 73. & vers. se mostra ser a primeira meia folha desapegada da ultima, & quarta, que responde diferente huma da outra, & cada huma com sua marca, a quem huma só folha não costuma aver, nem começarse testamento algum em meia folha, como afirmão os Taballioens fol. 181. & a testemunha Antonia de Moraes dict. fol. 143. vers. jura, dera para se fazer o dito testamento duas folhas inteiras de huma mão de papel, que havia na casa da testadora, & que a teste-